This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Stanford University Libraries
3 6105 116 940 110

B 59018

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN QUINTUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.



MONACHII

Proſtat, apud Franc. Laurent. Richter.

MDCCLXV.

STANFORD LIBRARY
SEP 7 1966
STACKS

PRÆFATIO.

Siſtimus Tibi Lector, novum monumentorum noſtrorum volumen, plenum bonæ frugis, variaque eruditione refertum.

Complectitur illud monimenta monaſteriorum celeberrimorum, Furſtencellenſis, Aſpacenſis, San-Vitani, Alderſpacenſis atque Beyhartingenſis; nec non præpoſituræ Matighofanæ: omnia anecdota, primaque jam vice ex ſcriniis, queis concluſa erant, eruta & in lucem prolata.

Difficile nobis foret dictu, quanta cum animi voluptate nominemus RR. Præſules, quibus hunc ampliſſimum debemus rerum patriarum theſaurum: Ottonem Furſtencellenſem, Maurum Aſpacenſem, Maurumque San-Vitanum: quin & Theobaldum Alderſpacenſem Abbates: Georgium Præpoſitum Beyhartingenſem, & quem principem muſæ

no-

noſtræ venerantur Ill. & Exc. Comitem de Wied Præpoſitum Matighoſanum.

Merentur ſane hi viri, quos grata mente celebret poſteritas, uberrimum fructum ex conatibus noſtris receptura.

Et tu vero his fruere, Lector; nobisque, qui ſextum operis noſtri volumen jam paramus, conjunctus, fauſta omnia precare OPTIMO PRINCIPI.

Dab. Monaci, ipſo die votivo D. MAXIMILIANI, IV. Id. Octobr. A R. S. MDCCLXV.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Furſtencellenſia, pag. 1.
2. Monumenta Aſpacenſia, pag. 99.
3. Monumenta San-Vitana, pag. 227.
4. Monumenta Alderſpacenſia, pag. 289.
5. Monumenta Beyhartingenſia, pag. 453.
6. Monumenta Matighofana, pag. 509.

MONUMENTA FURSTENCELLENSIA.

Volumen V.

PRÆFATIO.

Furſtenzell, Cella Principum, nobile monaſterium ſodalium D. Benedicti, quos Ciſtercienſes vocant, medio fere inter Greispacum ac Schardingam itinere, proxime Ortenburgum, in valle amoeniſſima ſitum eſt, ac tetrarchiæ Landishutanæ adſcriptum.

Fundatorem veneratur Cella Principum Hartwicum, canonicum atque ſcholaſticum Patavienſem: qui Anno 1274. Capellam *Celle*, fere collapſam, a jure Parochi in Hirsheim exemtam, prædiis, ſuo quidem ære undique coemtis, ditavit, inque monaſterium Ciſtercienſium aſcetarum evexit. Piam Hartwici inſtitutionem non probavit modo Henricus Bajoariæ inferioris Dux, tunc temporis late dominans; verum etiam *fundationem ipſam Cellæ ſibi ducens adſcribendam*, ipſam tot tantisque decoribus ornavit, tot latiſundiis inſtruxit, ut merito Cellæ Principum

elogio ſtatim inde ab initio fuerit inſignita. Nec tamen periit apud Furſtencellenſes noſtros memoria Hartwici fundatoris: quin recolunt iſtam grati, virique monumentum, quod Tab. I. exhibemus, ſtudioſe conſervant.

Jura decoraque Furſtencellæ vere eximia optime docebunt diplomata noſtra LXXXIII. ex ſcriniis aſceterii nobiliſſimi jam primum protracta. Copiam ipſorum humaniſſime nobis fecit Rever. Abbas OTTO quem Muſis noſtris, ſi quis alius ullus apud nos Præſul, amicum nunquam ſine laude nominamus, nunquam ſine mentis gratiſſimæ affectu.

Series RR. DD. Abbatum Furſtencellenſium ex monumentis idoneis.

Waltherus An. 1274. reſ. 1276.
Pictrolſus † 1280.
Heinricus I. † 1280.
Waltherus iterum, reſ. 1285.
Hugo I. reſ. 1295.
Thiemo reſ. 1301.
Conradus I. reſ. 1303.
Albertus † 1309.
Conradus II. reſ. 1312.
Otto I. † 1315.
Bertholdus reſ. 1317.

Petrus

Petrus reſ. 1327.
Heinricus II. reſ. 1330.
Conradus III. † 1333.
Petrus iterum, reſ. 1335.
Fridericus reſ. 1336.
Hartmannus reſ. 1336.
Rugerus reſ. 1341.
Heinricus III. reſ. 1348.
Andreas I. † 1349.
Hugo II. reſ. 1354.
Ulricus I. † 1361.
Ulricus II. † 1380.
Jacobus I. † 1397.
Jacobus II. † 1409.
Andreas II. † 1413.
Stephanus I. reſ. 1414.
Thomas † 1440.
Achatius † 1457.
Kilianus † 1459.
Johannes I. † 1496.
Pancratius † 1512.
Gregorius † 1520.
Johannes II. † 1539.
Laurentius I. † 1554.
Laurentius II. 1555.
Philippus, Adminiſtrator usque 1562.
Sebaſtianus † 1670.

Johannes III. admin. usque 1578.
Wilibaldus † 1597.
Stephanus II. † 1603.
Johannes IV. † 1609.
Jacobus III. † 1634.
Wolfgang reſ. 1666. † 1667.
Melchior † 1684.
Alphonſus † 1691.
Joſephus † 1694.
Benedictus reſ. 1700. † 1718.
Abundus I. † 1707.
Abundus II. † 1727.
Stephanus III. † 1761.
OTTO II.

MONUMENTA FURSTENCELLENSIA.

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. Exemtio Cellæ a parochia Hyrshaim. An. 1274.

Wicherus Dei gratia Tumprepoſitus, totumque Capitulum Eccleſie Patav. Plebano in Hyrshaim ſalutem, & fraternam in domino charitatem. Cum ob inſtantiam & ſalubre propoſitum Magiſtri Hertwici Ven. Scolaſtici & Canonici noſtri curiam dictam in Cêll, & Capellam eandem ſitam in Eccleſia veſtra, communi conſilio, ac etiam domini noſtri Petri venerabilis Epiſcopi accedente conſenſu, exemerimus ab omnibus iuribus municipalibus eccleſie parochialis in Hyrshaim, & indulſerimus venerabilibus fratribus, & dominis in Alderſpach, ipſam libere poſſidendam, & cœnobium in eadem, adiuvante domino, fabricandum: Charitati veſtre injungimus firmiter precipientes, ne ipſis fratribus iam dictis in edificiorum ſuorum erectione, aut in officii divini celebratione in loco predicto, impedimentum aliquod, aut obſtaculum faciatis, vel in oblationibus, ſepulturis, remediis, aut decimis, que de ipſa curia proveniunt: in quibus omnibus iuxta libertatem Ciſtercienſis Ordinis fundationem, quam predictus Magiſter Hertwicus in loco antedicto facere cogitat, ſicut premiſſum eſt, penitus exemimus & in toto abſolutam reddimus & quietam. Datum Pataviæ, Anno Domini 1274. 12. Cal. Maij.

Num.

Num. II. Notitia Fundationis. An. 1274.

Petrus Dei gratia Eccleſie Patav. Epiſcopus univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Ne per oblivionem, aut calumniam facta hominum rationabilia & honeſta, proceſſu temporis diſpendium patiantur; provida maiorum auctoritas ſcripture ac teſtium decrevit remedium adhibere. Quapropter tenore preſentium litterarum omnium notitie duximus commendandum: quod dilectus in Chriſto frater Leupoldus Eccleſie S. Nicolai in Patavia Prepoſitus, curiam quandam Eccleſie ſue, dictam in Celle, incultam & deſolatam iam longo tempore, de conſenſu ſui conventus, dilecto in Chriſto fratri Magiſtro Hertwico Canonico & Scholaſtico Eccleſie noſtre dedit in proprium pro reditibus unius talenti denariorum Patav. cum univerſis ad eam pertinentibus, queſitis, & inquirendis, quocunque cenſeantur nomine, nec non & ipſam Capellam, que in curia predicta dinoſcitur eſſe conſtructa: prout inter ipſos per arbitros, in quos ſuper tali commutatione compromiſerant, extitit diffinitum. Verum, quia dictus Magiſter Hertwicus in curia predicta pio ductus propoſito, fundare cogitat Cellam monachorum Ciſtercienſis ordinis, ad laudem Dei & Genitricis ſue beate Marie Virginis glorioſe; ſupplicavit nobis, ut premiſſis noſtrum adhibere conſenſum & beneplacitum dignaremur. Conſiderantes igitur provide tractatum huiusmodi utrobique rationabiliter eſſe factum, & tam Eccleſie S. Nicolai, que pro incultis, expeditos & certos iam recepit reditus: quam Magiſtro Hertwico, qui facilius expedire poterit quod intendit, competere commutationem predictam; arbitrium, per dilectum in Chriſto fratrem Wichardum, venerabilem Tumprepoſitum Eccleſie noſtre, Reynoldum Plebanum de Regen, Chunradum Canonicum S. Nicolai, & Hainricum de Radekk prolatum, habere ratum & gratum decernimus, & antedictam

Mon. Boic. Vol. V. Tab. 1. pag. 6.



dictum de Celle curiam ipſi Magiſtro Hertwico, cum omnibus ad eam pertinentibus, in proprietatem legitimam confirmamus: dantes ſibi auctoritate ordinaria, una cum conſenſu & voluntate Capituli noſtri, liberam poteſtatem fundandi ibidem & conſtruendi Cellam, ſive abbatiam Ciſtercienſis ordinis. ſi cum Dei auxilio, & cooperantibus Chriſti fidelibus in tantum ipſa Cella profecerit in futurum. Quam etiam Cellam & locum, cum perſonis illuc venientibus & de cætero ibidem domino militantibus, ex nunc ab omni iure & ſubiectione Eccleſie in Irshaim eximimus, & gaudere pronunciamus pleno iure & libertate Ciſtercienſis ordinis, quibusque idem ordo munitus eſſe dinoſcitur privilegiis, & conſuetudinibus approbatis. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi, & noſtro ac Capituli noſtri ſigillis & conventus S. Nicolai fecimus communiri. Teſtibus ſubnotatis, qui ſunt hi: *Wichardus Tumprepoſitus*, *Magiſter Ulricus Decanus*, *Wernhardus de Morſpach*, *Ulricus de Stirm*, *Magiſter Hertwicus*, *Otto Cantor*, *Wernhardus de Pranpach*, *Albertus de Paumgarten*, *Wolfkerus de Haidndorf*, *Magiſter Englſcalcus*, *Gundacharus de Pollnhaim*, & alii quam plures. Datum Patavie Anno Domini 1274. 6. Kalend. Aprilis Pontificatus noſtri Anno nono.

Num. III. Donatio villæ Durhaim. An. 1274.

Ne his, que rationabiliter aguntur, materia litis ſeu contentionis valeat novercari, imo ut rite acta omni calumnia amputata in ſua maneant firmitate, conſueverunt facta rationabilia ſcripture teſtimonio roborari. Nos igitur Hainricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bavarie, notum facimus univerſis preſentem litteram inſpecturis, quod fidelis noſter *Alramus de Rottau*, probato per iuramentum ſuum coram nobis, ſecundum dictatam ſententiam, quod Ville ſue in Durhaim auctorem delegatorem, quod vulgo dicitur *Saiman*, non habeat; in nos ius de-

legatoris talis allodii, ſeu proprietatis predicte, ſine contradictione omnium transfudit voluntarie, libere, & quiete, ut nos Villam predictam, cum attinentiis ſuis queſitis, & inquirendis, agris, pratis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, ſeu aliis iuribus predicti predii, quocunque nomine cenſeantur, in proprietatem, ſeu poſſeſſionem Eccleſie in Furſtencelle, quam dilectus Capellanus curie noſtre Magiſter Hertwicus Canonicus & Scholaſticus Patavienſis ex bonis temporalibus, que ſibi divina conceſſit providentia: ut per erectionem predicte Eccleſie vivis uniretur lapidibus, & cœleſtis manſionis ſeu domus, eterna ſibi tabernacula prepararet: in honorem, reverentiam & amorem ſancte Dei Genitricis Marie, ſub Ordine Ciſtercienſium, noſcitur a principio fundaviſſe, aſſignaremus, ſeu traderemus, liberum, & ab omni iure *angariarum & parangariarum advocatitio*, ſeu alio quolibet, abſolutum. Quod & ipſius Capellani noſtri ſpeciali invitati amore, hilari voluntate fecimus, & iucunde: predicte Eccleſie tradendi, habendi, poſſidendi dictum predium ab antedicto Capellano noſtro eidem Monaſterio emptum, auctoritate predicta & noſtra ſpeciali dantes plenam & generalem & liberam facultatem. Quod etiam cœnobium ſine cuiuscunque emolumenti iure in noſtram tuitionem, ſeu defenſionem recipimus ſpecialem, ſibi promittentes favorem noſtre gratie perpetuo preparatum. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum Sigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum & actum apud Wolfſtain Anno Domini 1274. Idus Maii.

Num. IV. Venditio curiæ Sulzbach. An. 1270.

Ut in contractibus legitime celebratis iniuriarum materia oblivioni ſubtrahatur & calumnia, erit perutile acta & pacta hominum ſcripture teſtimonio & ſubſcriptione teſtium roborari. Igitur nos *Gebhardus, Rapoto & Diepoldus Fratres, Dei gratia Comites*

mites dicti de Ortnberch, notum facimus univerſis, nos de conſilio & voluntate communi curiam noſtram dictam Sulzpach, ſitam ſuper rivum eiusdem nominis, cum omnibus ſuis attinentiis cultis & incultis Magiſtro Hertwico Canonico & Scholaſtico Patav. Eccleſie pro 25. libris monete Patavienſis *tunc dative & currentis* omni ſolemnitate venditionum & emptionum adhibita, vendidiſſe; proprietatem predicte curie, & dominium directum & utile eidem dicto Magiſtro Hertwico abſolute & libere & ſine omni onere, aſſignantes. Preterea proteſtamur, nihil iuris in predicta curia nobis, aut noſtris heredibus reſervaſſe. Hunc contractum noſtrum legaliter habitum & conſcriptum, ſigilli noſtri charactere confirmamus. Acta ſunt hec in Seelſteten Anno Domini 1270. 15. Kal. Maii feria quinta hebdomade paſchalis. Teſtes ſunt hii: *Chunradus Canonicus & Cellerarius ſancti Nicolai in Patavia*, *Rugerus dictus Chlosner*, *Richkerus de Hurſpach*, *Hermannus de Frientberch*, *Chunradus de Pæutelſpach*, *Hainricus de Eizing*, *Wernhardus officialis Dominorum Comitum*, & alii quam plures.

Num. V. Fideiuſſio. An. 1270.

Nos *Rudgerus*, *dictus Chlosner*, *& Richkerus de Stursbach*, notum facimus omnibus, hanc paginam inſpecturis, *dominum Gebhardum Comitem ſeniorem de Ortenberch de bona voluntate dominorum Rapotonis*, *& Diepoldi Fratrum ſuorum*, licet preſentes non fuerint, curiam ſuam, dictam Sulzpach, Magiſtro Hertwico Canonico & Scholaſtico Patav. Eccleſie pro 25. libris vendidiſſe: & quod, ut prediximus, dominus Rapoto & dominus Dyepoldus Comites venditioni non intererant, pro ratihabitione eorundem fideiuſſimus: promittentes data fide, niſi dominus Gebhardus Comes Magiſtrum Hertwicum de ratihabitione fratrum ſuorum iam dictorum ante feſtum beati Michaelis proximo venturum certificaverit, quod nos pro voluntate Magiſtri Hertwici, in

in unam civitatum, Vilshoven videlicet, Landau, vel Straubingen, debeamus recipere, nec inde pedem removere, donec iam dicto Magiſtro Hertwico ſufficienter conſtiterit, dominos Comites Rapotonem, & Diepoldum venditionem empte curie ratam per omnia habituros. Sed quia proprium Sigillum non habuimus, que predicta ſunt, data fide promiſimus, ſub Sigillo Comitis ſepedicti. Acta ſunt hec anno Domini 1270. 15. Kal. Maii.

Num. VI. Coſundatio. An. 1274.

Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod ego *Alramus de Rottawe*, pro ſalute anime mee, & omnium parentum & progenitorum meorum poſſeſſiones meas in Dürhaim, quas iuſte proprietatis poſſedi titulo, videlicet duas Hubas, duo beneficia, & molendinum unum, ad preſens inculta, cum univerſis ſuis attinentiis, agris, paſcuis, pratis, ſylvis, aquis, piſcationibus, queſitis & inquirendis, & plane quibuslibet uſibus, qui habentur, & haberi poterunt in dictis, & ex dictis poſſeſſionibus donavi & tradidi libere de conſenſu & bona voluntate heredum meorum, *Richkeri ſcilicet filii mei & Elizabet filie mee*, ad novellam plantationem, Cellam videlicet beati Laurentii; quam ſub Ordine Ciſtercienſi honorabilis vir Magiſter Hertwicus Canonicus & Scholaſticus Patavienſis una cum domino Abbate & Conventu de Alderſpach fundare proponit Domino adiuvante. Promittens fide data ipſi Magiſtro Hertwico, domino Abbati de Alderſpach, & eius Conventui ſupradictis, omnes queſtiones & impetitiones, ſi que eis de dictis, & in dictis poſſeſſionibus, a quibuscunque in poſterum naſcerentur, abſolvere iuſtitia mediante: & ſi quidquam ab eis de dictis poſſeſſionibus evinceretur per iudicium, id ipſum per alias poſſeſſiones meas equivalentes promitto refundere, & ad hoc me obligo per preſentes. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi feci & ſigillo meo proprio communiri. Actum

in

in Alderſpach anno domini 1274. 4. Kal. Martii. Teſtes vero ſunt hii, quos ad hoc aſſumpſi ſpecialiter & vocavi: *frater Dietricus Prior de Alderſpach*, *frater Chunradus Cellerarius eiusdem loci*, *Rapotto de Ezznpach*, *Ulricus de Popnperg*, *Hainricus frater ſuus*, *Rugerus Closner*, *Richkerus Sturſpeck*, *Hainricus in Pomerio*, *Hainricus Chaſtner*, *Purchardus Mutarius*, *Rugerus Wetzl*, *Paldwinus*, *Rudling de Marbach*, *Hainricus Schad*, & alii quam plures.

Num. VII. Evictio. An. 1274.

Ego *Alramus de Rotawe*, profiteor teſtimonio huius ſcripti, quod inter poſſeſſiones meas quas ob reverentiam beate Marie in Alderſpach & beati Laurentii in Furſtencelle, ac etiam ob dilectionem venerabilis Abbatis & ſui Conventus contuli eccleſie iam prefate, eſt quedam media huba in Durhaim, quam predictus Abbas & ſuus Conventus timent impeti, quod non credo; quod tamen ſi fieret, & ſi iuſtitia mediante per ſtrepitum iudicii ab eorum poſſeſſione aliqualiter traheretur; ego mediam hubam meam in Gebhartshaim equipollentem dominis meis venerabili Abbati & Conventui in Alderſpach, & domino venerabili Canonico Patavienſi Magiſtro Hertwico Scholaſtico Fundatori eiusdem loci, trado libere & bona voluntate heredum meorum pariter & conſenſu filii mei *Richkeri*, filieque mee Elizabeth, quousque lis de media huba in Durhaim decideretur, que tunc ad me deberet cedere, ut primitus pleno iure. In cuius rei teſtimonium hanc cartam porrigo ad cautelam ſigilli mei robore communitam. Teſtes, qui in priori ſunt privilegio nominati. Datum in Vilshoven anno Domini 1274.

Num. VIII. Evictio. An. 1275.

Ut dubitationis ſcrupulus de damno litigantium locum non habeat, conſueverunt ea, que rite aguntur, transmitti ad po-

ſteros per ſcripturam. Nos igitur Hainricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie per preſentia profitemur, quod ſub auctoritate noſtra & preſentia dilectus Capellanus noſter Magiſter Herrwicus venerabilis Canonicus & Scholaſticus patavienſis, emit *a Rapotone de Eſenbach*, omnia predia, culta & inculta, queſita & inquirenda cum agris, paſcuis, ſylvis, iuribus & omnibus attinentiis corporalibus & incorporalibus, ſita in Eſſenbach, quæ ad ipſum Rapotonem proprietatis ſeu allodii titulo pertinebat. Recognoſcimus etiam, quod predicta predia in Eſſenpach, prefato Magiſtro Hertwico vendita, & tradita ab omnibus preſtationibus realibus & perſonalibus, & quibuscunque exactionibus ſunt libera & ſoluta. Adiectum etiam fuit, quod ſi de prefato predio, pro toto vel pro parte eius, prefato Magiſtro Hertwico, vel ecclefie in Furſtencelle, cuius fundatio ab ipſius providentia emanavit, briga, ſeu queſtio mota fuerit, dictus Rapoto ſuper evictione, damno actionis, vel intereſſe teneri ſe promiſit, & pro his per manum noſtram omnia, que in Ruempting poſſidet, ut *disbrigare* vendita ſibi predia debeat, libere obligavit, nunquam predictam obligationem repetiturus, quamdiu per aliquem in poſſeſſione pacifica perturbabitur. Adhibiti ſunt & hi Teſtes: *dominus Hainricus Prepoſitus Oettingenſis, Magiſter Fridericus Plebanus in Landshuet, dominus Wernerus Plebanus in Maurkirchen, Hainricus Capellanus, Magiſter Hainricus, Waltherus & Wintherus Notarii, dominus Waltherus Comes de Lenberg, dominus Gebhardus Comes de Orttenburg, dominus Ulricus de Abenſperg, dominns Albertus de Uttendorf, Ortlibus de Waldeck & filius ſuus Ortliebus, Henricus de Rorpach, Sifridus de Sigenhofen, Pilgrimus de Tannberg, Perchtoldus de Gebelſperg, Marſchalcus de Schrovenhauſen*, & ceteri quam plures. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum ſibi dedimus, noſtri ſigilli robore communitatum. Datum & actum apud Burghauſen, An. Domini 1275. tertio Kal. Febr.

Num.

Num. IX. Immunitas Boica. An. 1276.

Hainricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bavarie, omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Conſiderantes, quod divine clementie, que nos dignata eſt in numerum Principum evocare, teneamur condigna viciſſitudine reſpondere, fovendo maxime & defendendo perſonas eccleſiaſticas ſuo cultui precipue deputatas; inter quas ordinem ciſtercienſem tanto gratiori favore proſequimur, quanto ipſe ſacre converſationis ſtudiis, quibus inceſſanter invigilat, ceteris religionibus antefertur. Ut igitur cenobium, dictum Cella Principis, ordinis Ciſtercienſis, cuius fundationem nobis duximus adſcribendam, in maiori pacis amenitate quieſcat, ipſum libertatibus ſpecialibus curavimus honorare, ut fratres inibi manentes, & tranquillitatis pulchritudine gaudentes, remotis mundane turbationis obſtaculis, ſoli Deo in ſerenitate ſue conſcientie deſerviant, cuius obſequiis ſe feliciter devoverunt: quas, inquam, libertates, ob ſalutem noſtram rite conceſſas, illibatas perpetuo durare volumus, omnibus calumnioſis vel perverſis interpretationibus, que contra preſentem gratiam adinveniri cavilloſe poterunt, reſecatis. Concedimus ſiquidem dicto monaſterio *omnes advenas*, ſurſum vel deorſum undecunque venientes & ſe recipientes in prediis eccleſie memorate, ut dicte eccleſie tantum deſerviant, ſine omni preſtatione reali vel perſonali a nobis, vel noſtris exigenda, libere & quiete. Item cum conſtet ordinem Ciſtercienſem ab apoſtolica & imperiali magnificentia gaudere prerogativa gratie ſpecialis, ut ſuper omnibus bonis, & hominibus ſuis advocatum omnino habere non debeant, niſi forte pro defenſore ſibi ſponte aliquem duxerint eligendum, qui eos pro tempore eis placito ſine omni emolumento & exactione defendet, & tuebitur ſimpliciter propter Deum: Nos eadem gratia prenominatum noſtre fundationis locum frui volumus

ſumus inconvulſe. Adiicimus etiam de gratia ſpeciali, ut Proviſores dicti cœnobii de hominibus in ſuis prediis reſidentibus, quoad debita, araturas, vituperia, tractus gladiorum & violentias quascunque, que perpetuam leſionem, que vulgo *Lem* dicitur non inferunt, iudicare valeant, noſtro ſuper his iudice minime requiſito, ſed in bonis & hominibus dicte eccleſie iudicia furti, homicidii, raptus, maioris violentie, tantum noſtris iudicibus reſerventur. Hoc nihilominus adhibito moderamine, quod ſi predictis penis obnoxius in prediis dicti cœnobii inventus fuerit, iudex de perſona delinquentis iudicet, de rebus monaſterii nihil penitus contingendo. Item dictam eccleſiam debitis favoribus proſequentes, concedimus ei, ut de omnibus victualibus ſuis ducendis per aquam, vel terram in omni noſtro dominio nullum telonium aut mutam ſolvant, ſed in his perpetuo ſint liberi penitus & immunes. Invitati ad hec & premiſſa obſequioſa fidelitate & fidei obſequio chariſſimi Capellani noſtri Magiſtri Hertwici, Canonici & Scholaſtici Patavienſis ſumus, qui pie memorie Ottoni patri noſtro, & nobis per longa tempora deſervivit, & dictum cœnobium ex ſui manans providentia poſſeſſionibus ditavit pariter & dotavit. In cuius rei teſtimonium ut lis, vel oblivio in ſic rite geſtis locum non inveniant, ſed in ſua firmitate permaneant, & preſens inſtrumentum conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine robarari. Datum Landawe An. Domini 1276. Idibus Iunii An. inchoationis dicte eccleſie tertio & incorporationis primo.

Num. X. Donatio. An. 1277.

Ich *Seibrecht von Scharding* tun chunt all den, di diſe Brief anſehent, daz ich durch GOtt, und durch meiner Seel willen, mein Hof, den ainen daz Porzhaim, und ainen daz Tetling, di mein recht aign ſind, gegeben han unſer Vrouen ſand Marein,

und

und dem Chloſter ze Fürſtencelle, mit meins Bruder *Otten* guten Willen, und meiner Hausvroben *Vron Iæutn* ze ein rechten Selgerät, und ze rechtem aigen ewichleich ze behalten, dem vorgenanten Chloſter ze Fürſtencelle. Diſeu gab, und das Selgerät iſt geſchehen, da von Chriſtes Geburt waren 1277. Iar an ſand Bläſn Tag, daz Schärding, vor dem Gezeugen, di hier geſchribn ſtent, daz iſt: *Maiſter Hertwich*, *Pruder Marchart von Furſtencelle*, *Herr Weinmar der Frumeſel*, *Friderich der Epthauſer*, *Rudmar von Hader*, *Sefrid von Hugnperg*, *Wergant der Mauter*, *Hainrich der Scheirer*, und ander Leut genueg. Uber diſeu Gab, und daz vorgeſchribn Selgerät, gib ich diſn Brief mit meinem Inſigel wol verveſtent.

Num. XI. Venditio. Anno 1277.

Nos Dei gratia Wichardus Tumprepoſitus, & Otto Decanus, cum univerſitate Capituli Patavienſis Ecleſie, omnibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem. Religioſam vitam ducentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne poſſeſſiones eis traditæ, per nos & ſucceſſeres noſtros aliquo neceſſitatis articulo pregraventur. Quapropter noverint univerſi, quod Magiſter Hertwicus, dilectus in Chriſto confrater noſter ac Canonicus, 24. talenta denariorum Patavienſis monetæ nobis dedit in recompenſationem quarundam hubarum & prediorum, videlicet in Wimpazzing, in Chrugarn, in Tann, in Walmperg, in Weg, in Tanlihueb, que, de communi conſenſu noſtri Capituli, Eccleſie in Fürſtencelle, ad petitionem dicti Magiſtri Hertwici, dedimus pleno proprietatis titulo perpetuo poſſidendas: ita tamen, ſi dictus locus in Fürſtencelle ad Collegium pervenerit Monachorum. Et quia nunc dictus locus in Capitulo aput Cyſtercium pro monaſterio eſt receptus, & ordini incorporatus, ita, quod jam ibi eſt, & deinceps eſſe debet Abbas, & congregatio Monachorum:

nos dictam recompenſationem per nos acceptandam iudicamus, ſeu etiam acceptamus, confitentes, ipſas poſſeſſiones ad predictum Monaſterium in Fürſtencelle perpetuo pertinere preſentibus pleno iure. In cuius rei teſtimonium preſentem cartam ſigilli noſtri fecimus munimine roborari cum teſtibus ſubnotatis. *Wickardus Tumprepoſitus*, *Otto Decanus*, *Wernhardus de Morſpach*, *Sibote de Tannberch*, *Ulricus de Stiria*, *Magiſter Hertwicus*, *Albertus de Paungarten*, *Meingotus de Waldek*, *Wernhardus de Prampach*, *Wolfgerus de Haidendorf*, *Gundakarus de Polnheim*, *Wernhardus de Siernch*, *Magiſter Engelſchalcus*, *Pilgrimus de Capella*, *Witigs de Lohenſtain*, & alii quam plures. Datum Patavie in ſuperiori Capitulo noſtro, Anno Domini 1277. tertio nonas Decembris.

Num. XII. Jus Patronatus in Haunolſtorff. Anno 1279.

Hainricus D. g. Palatinus Comes Rheni, Dux Bavarie, omnibus preſentia inſpecturis, in perpetuum. Invitati benigno favore, quem pre omnibus Ordinibus Ciſtercienſi gerimus, ac etiam fidelibus, ac diuturnis obſequiis chariſſimi Capellani noſtri, Magiſtri Hertwici, Canonici Patavienſis Eccleſie fundatoris in Fürſtencelle, Capellam in Haunolſtorff, cuius ius Patronatus iure proprietario ad nos ſpectare dignoſcitur donamus, & tradimus prefato cenobio perpetuo poſſidendam; in ipſum Monaſterium totum ius noſtrum liberaliter transfundentes, niſi voluntarie Conventus predictus iuribus Capelle vellet cedere memorate: renunciamus etiam pro nobis & poſteris noſtris, omni iuri & actioni, quod in Capella predicta nobis competit, vel poſſet competere in futurum. Ut igitur prelibata noſtra donatio, & traditio rata permaneat, & in ea omnis calumniandi materia amputetur, in evidens teſtimonium preſens ei noſtrum porrigimus inſtrumentum, noſtri ſigilli munimine roboratum. Volumus tamen, ut Domino Tymoni, nunc eam tenenti, noſtra donatio in iure ſuo non debeat

beat preiudicium generare. Datum in Landaw anno Dom. 1279. Calendis Aprilis.

Num. XIII. Decima in Rechberg. Anno 1279.

Nos Petrus Dei gratia Eccleſie Patav. Epiſc. notum facimus preſentes litteras inſpecturis, quod dilecti in Chriſto fratris Magiſtri Hertwici Canonici Eccleſie noſtre Patav. devotionis merita, que nobis & Patav. Eccleſie exhibuit multis annis, grato animo ponderantes, ad petitionis ſue inſtantiam, & ſpecialiter ob reverentiam & honorem glorioſe Dei genitricis Virginis Marie noſtramque & confratrum noſtrorum ſalutem, decimam vini noſtri in Rechperch, quam olim Magiſter Poncius, & Magiſter Heinricus Phyſici a quibusdam noſtris predeceſſoribus habuerunt, quam etiam venerabilis in Chriſto Pater & Dominus Otto, Predeceſſor noſter pie recordationis, dicto Magiſtro Hertwico contulerat ad tempora vite ſue, novelle plantationi ipſius Magiſtri Hertwici in Fürſtencelle, dilectorum in Chriſto fratrum Wichardi Prepoſiti, Wernhardi Decani, totiusque Pataviénſis Capituli accedente petitione, beneplacito, & conſenſu contulimus, dedimus, & aſſignavimus perpetuo poſſidendam; ita tamen, ut Abbas, ſeu Procurator loci predicti in Fürſtencelle annis ſingulis decimatori noſtro in Stain unam libram denariorum uſualis monete, nomine noſtro, in ſignum ſubiectionis in feſto beati Colomanni ſolvere & dare de predicta decima non obmittat. In cuius rei teſtimonium preſentes damus litteras, noſtri & venerabilis Capituli noſtri ſigillorum munimine roboratas. Datum Patavie anno Domini 1279. 14. Calend. Septemb.

Num. XIV. Privilegium fori circ. Anno 1280.

Hainricus Dei gratia Com. Pal. Rh. Dux Bavarie, univerſis iudicibus ſuis gratiam ſuam. Cupientes Eccleſie in Fürſtencelle,

celle, cuius fundationem nobis aſcribimus, indemnitatibus providere; nolumus, ut vos de prediis dicti cenobii aliquod iudicium faciatis, ſed moventes querimoniam quoscunque ad noſtram audientiam remittatis, quia cauſas contingentes dictam Eccleſiam perſonaliter intendimus terminare. Unde ſi ſecus feceritis, id preſentibus decernimus, non tenere. Imo ipſam noſtram fundationem promotionibus veſtris proſequamini in omnibus, & per omnia, ut vos ſuper eo ſpecialius noſtra gratia proſequi teneamur. Datum Landawe 2. Id. Iunii.

Num. XV. Immunitas Auſtriaca. Anno 1280.

Rudolphus D. g. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Etſi ad omnes, quos Romane ditionis tenet imperium, beneficientie noſtre dextram debeamus extendere debitricem: perſonas tamen religioſas, in quibus, & per quas pro noſtre ſalutis augmento dominus omnipotens placabiliter exoratur, prerogativa favoris amplectimur, & ſpecialiori proſequimur charitatis affectu. Noverint igitur univerſi tam preſentes, quam poſteri, quod nos pure devotionis zelum, quo honorabilis vir Magiſter Hertwicus Canonicus Pataviensis circa cultum divini nominis ampliandum ferventer accenditur, prout gratis operibus in fundatione Monaſterii Fürſtencelle ordinis Ciſtercienſis, Patav. Diœc. laudabiliter demonſtravit, multipliciter commendantes: ut Monaſterii predicti fundatio aliqualiter liberalitatis & regalis gratia, non ſentiat ſe expertem; Religioſis Viris - - - Abbati & Conventui eiusdem Monaſterii pro anime noſtre remedio ſalutari pie ac benigne concedimus & libenter, ac liberaliter indulgemus, ut ſicut alia Monaſteria Auſtrie & Bavarie, ſine muta, vaſa, ligna, & alia victualia ſua, domui ſue neceſſaria, ſurſum & deorſum in aquis & in terris noſtri dominii de-

ducan-

ducantur, & ab omni exactione telonei, quod a tranſeuntibus exigi conſuevit, ſint liberi penitus & immunes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc gratiam noſtre conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Quod qui facere preſumpſerit, gravem Regie Maieſtatis offenſam ſe ſentiet incurriſſe. Datum Wienne Id. April. Indict. octava. Anno Domini 1280. Regni vero noſtri anno ſeptimo.

Num. XVI. Predium in Ledern. Anno 1280.

Nos Hainricus D. g. Comes Pal. Rheni & Dux Bavarie preſentibus profitemur, quod cum iam - - - Comites de Orttenburch vendidiſſent, & tradidiſſent curiam Tettling, & Hubam ibidem Eccleſie in Fürſtencelle, que eos reſpiciebant proprietatis titulo, tanquam libera, & ſoluta: quamquam dicta curia fuerit Eſſenpeckario titulo pignoris obligata; unde dicti Comites prefate Eccleſie villam in Ledern, ſimiliter eis proprietatis titulo attinentem, aſſignaverunt & tradiderunt, ut cenſum, quem prenominata curia & huba debent ſolvere, a dicta villa recipiant ex integro, & ad plenum & quod reſiduum fuerit ſuper reditus & obventiones debitas curie & hube prenotate, officiali predictorum Comitum fratres prefati cenobii debeant aſſignare. Curia & huba ſiquidem abſolutis, prefata villa ad Comites libera revertetur. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum nobis placuit, noſtri ſigilli robore communiri. Cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt: *Hainricus de Preiſing*, *Richkerus de Ahaim*, *Weimarus Aſinus*, *Chunradus de Schrangpaum*, *Albertus incluſus*, *Chunradus de Hohcheim*, *Albertus de Rottau*, *Hainricus de Rumpting*, *& Hillprandus de Puchperch*, *milites*. *Wernhardus Prepoſitus Oettingenſis*, *Magiſter Fridericus Plebanus de Landshuta*, *Waltherus*, *Wernherus dictus Grans*, *& Otto Notarius*. Datum in Strubinga 1280. Sabb. ante dominicam Circumdederunt.

Num. XVII. Donatio. Anno 1280.

Nos Hainricus D. g. Com. Pal. Rh. Dux Bavarie preſentibus profitemur, quod fidelis noſter *Hainricus de Rorbach*, approbatione ſeu ratihabitione noſtra accedente de conſenſu omnium, quorum conſenſus debuit eſſe neceſſarius vendidit & tradidit hubam, ſeu Vaccariam in Grueb cum queſitis & inquirendis eultis & incultis pratis & paſcuis, ſitam inter Dingolfing & Frantenhauſen, chariſſimo Capellano noſtro Mgro. Hertwico honorabili Canonico Eccleſia Patav. a fundatione ſua in Fürſtencelle, quam & nobis aſcribimus, in perpetuum poſſidendam. Et quia dicta huba, ſeu vaccaria feoda fuerunt Rorbechenſia, nobis tamen proprietatis titulo attinebant, recepta ab eo quadam proprietate dictam hubam, ſeu vaccariam in Grueb cum omni ſuo dominio directo ſeu utili plene ac libere transfundimus in Eccleſiam memoratam. Ut igitur in premiſſa venditione ſeu traditione ceſſet in poſterum omnis materia queſtionis in evidens teſtimonium, & cautelam, preſentem litteram tradimus noſtri ſigilli robore communitam. Teſtes *Mgr. Fridericus Canonicus Eccleſie Ratisbon. & Otto Notarii noſtri*, *Chunradus de Preiſing*, *Albertus de Vraunhoven*, *Hainricus de Mosdorf & Hainricus Iunior de Rorbach.* Datum in Landaw anno, Domini 1280. dominica Exurge domine.

Num. XVIII. Parochia Haunolstorff. Anno 1280.

Wichardus D. g. Eccleſie Patav. Epiſc. univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in omnium ſalutari. Ad Paſtoralis ſollicitudinem dignitatis divina diſpoſitione vocati, ex debito noſtri officii omnibus volentibus piis, ac religioſis locis ſuis ſuccurrere beneficiis, atque donis, non ſolum benigno ſavore aſſentire tenemur, ſed etiam ad tam ſalutaria beneficia ſalubriter impendenda omnes hortari debemus & inducere moni-

monitis pariter & exemplis. Hinc eſt, quod, cum ſereniſſimus Princeps, D. Hainricus Palatinus Comes Rheni Dux Bavarie magnificus, ad petitionem & inſtantiam dilecti in Chriſto fratris, Magiſtri Hertwici, Eccleſie noſtre Patav. honorabilis Canonici, ob ſue devotionis merita & obſequia multa, fundationi ipſius, ſcilicet Monaſterio in Fürſtencelle, Ord. Ciſterc. noſtre Diœceſis, Capellam in Haunolſtorf conceſſerit, donaverit, & tradiderit, quoad proprietatis titulum, que ad ipſum de iure patronatus libere pertinebat, renunciando pro ſe, ſuisque poſteris, & in dictum Monaſterium transfundendo, quidquid in dicta Capella ſibi quocunque modo iuris competebat, vel competere poterat in futurum, cum omni iure & actione, uſu, ſeu requiſitione ad habendum, tenendum, & poſſidendum & quidquid dicto Monaſterio viſum fuerit faciendum. Super quo litteras dicti Domini Ducis vidimus & tractavimus ſolemniter confectas, & ſigillatas, in nulla parte vitiatas, ſed ſalvas & per omnia fide dignas. Nos, qui non ſolum benefacientibus favere debemus, ſed etiam de hiis, que DEus nobis contulerit, benefacere piis locis divino cultui deputatis, predicti in Chriſto fratris Magiſtri Hertwici Eccleſie noſtre Canonici devotionis & ſervitiorum merita, que nobis, noſtrisque predeceſſoribus, nec non Eccleſie Patavienſi exhibuit, multis annis, grato animo ponderantes, ad ipſius inſtantiam, & precipue ob reverentiam & honorem glorioſe DEi genitricis Marie dilectorum in Chriſto fratrum Guilielmi Prepoſiti, Wolfgeri Decani, totiusque Capit. Patav. accedente petitione, conſilio, & conſenſu dictam donationem Capelle factam prefato Monaſterio a Domino Duce, quoad ius proprietatis ratam habentes, atque gratam, auctoritate ipſam Diœceſana perpetuo robore confirmamus. Ut vero memorata devotionis, noſtreque confirmationis & auctoritatis notitia perpetue memorie commendetur, preſens inſtrumentum ſuper hoc conſcriptum, noſtri ac Capituli noſtri

Pat.

Pat. Sigillis duximus conſignandum. Dat. Patav. anno dominice Incarnationis 1280. 11. Cal. ſept. Pontificatus noſtri anno primo.

Num. XIX. Immunitas Aſchacenſis. Anno 1281.

Nos *Wernhardus*, & *Hainricus fratres de Schaumburch*, notum facimus univerſis, preſentes litteras inſpecturis, quod ob divine remunetacionis meritum, & reverentiamglorioſiſſime Dei genitricis Marie Virginis, Monaſterio in Fürſtencelle, in honore ipſius conſtructo Ciſterc. Ordinis, concedimus, damus, & tribuimus liberam facultatem, & poteſtatem omnimodam, transducendi ſingulis annis omne vinum, & victualia ſua, que in Auſtria eidem Monaſterio proveniunt, vel provenire poterunt quomodolibet in futurum; & vaſa ſimiliter, ſive ligna, qua pro eodem vino, & victualibus colligendis transmiſerint, apud Aſchach, per omne noſtrum Dominium ſine exactione qualibet, telonio, ſive muta, a quibuscunque vel per quoscunque predictum vinum ipſius Monaſterii, vaſa, ſive victualia deducantur. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillis noſtris fecimus communiri. Adnotatis teſtibus, qui ſunt hii. *Symon Capellanus. Ex Militibus Hertnidus*, *Chunradus de Furt*, & alii quam plures. Actum & datum in Schaumburch anno Domini 1281. quarto Idus ſept.

Num. XX. Bulla Martini IV. P. M. de Anno 1282.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, Abbati, & Conventui Monaſterii S. Marie de Cella Principis, Ciſtercienſis Ordinis, Patav. Diœceſis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum; tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Perſonas veſtras, & locum, in quo

divino

divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino, poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem terras, prata, paſcua, nemora, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte, ac pacifice poſſidetis, vobis, & per vos veſtro Monaſterio, authoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Dat. apud Montem Flaſcon. Calend. Novembr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. XXI. Mutatio feudi in Allod. Anno 1282.

D*iepoldus* D. g. *Comes de Ortenberch*, univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem, & omne bonum. Univerſitati veſtre volumus eſſe notum, quod molendinum in Aiſprehtshaim, quod a nobis in feodo habuit *Rugerus de Poppenperg*, & cuius proprietas noſtra erat, & quod apud ipſum Dominus Waltherus Abbas Eccleſie S. Marie de Cella Principis Ciſterc. Ord. pro certa ſumma pecunie comparavit eidem Eccleſie, ad preces ipſius Rugeri, & fratrum ſuorum & propter Deum principaliter in proprium dedimus perpetuo & libere poſſidendum, nullo penitus reclamante. Item hubam unam ibidem, quam idem Rugerus ex hereditate paterna poſſedit in proprium, de conſenſu omnium coheredum ſuorum, predicto Domino Abbati & Eccleſie ſue in Cella Principis ſupradicte vendidit & per manum noſtram *ſive delegatoris, qui vulgo Salman dicitur, cum ſe neſciret habere alium, ut probavit legitime*, tradidit & donavit poſſidendam perpetuo & libere in proprium nullo penitus reclamante; imo potius *Leupoldo de Innhaim*

haim cedente, & renuntiante publice coram nobis & multis aliis, omni iuri, actioni, ſive impetitioni, ſiquid habuit, ſive quam habere videbatur in huba ſuperius memorata. Actum in Griezpach in publico placito anno Domini 1282. pridie nonas Novemb. coram his teſtibus. *Alramo de Rotawe*, *& Richkero filio ſuo*, *Wernhero de Anzenchirchen*, *Hainrico de Signhaim*, *Wernhero Walchuno de Rueſtorf*, *Hainrico Schonnaher*, *Rapotone de Ror*, *Chunrado*, *Friderico & Karolo de Poppnperg*. - - *Moſerio*, *Rugero Wezel*, &c.

Num. XXII. Immunitas Patavienſis. Anno 1283.

Gotfridus D. g. Eccleſie Pat. Epiſc. univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Predeceſſorum noſtrorum Eccleſie Patav. pontificum inherentes veſtigiis, qui ob divine retributionis mercedem Eccleſiis Dei & perſonis Domino dicatis munificentie ſue preſtiterunt multipliciter largitatem: Dilectis nobis in Chriſto fratribus, Abbati & Conventui S. Marie de Fürſtencelle, Ciſterc. Ordinis, concedimus de gratia ſpeciali, ut omnia ſua victualia, in vino, frumento, & grano quolibet, & omnes res alias domui ſue neceſſarias, in Patavia & per omne noſtrum dominium & diſtrictum ſine muta, theloneo & exactione qualibet, deducant in perpetuum libere & quiete, in quorumcunque navibus & vecturis civium noſtrorum, ſive hoſpitum hoc duxerint faciendum. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillo noſtro ipſis dedimus communitas. Datum Patavie anno Domini 1283.

Num. XXIII. Donatio. Anno 1283.

Nos *Rapoto Dei gratia Comes de Ortenberch* notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis; quod cum nobilis vir *Albertus de Igelpah* quandam deſolatam poſſeſſionem, dictam Tobel, ſitam iuxta Holzheim, haberet a nobis iure feodali eandem

reſignan-

reſignando nobis, una cum filio ſuo *Aſpriano*, ob remedium anime ſue, & progenitorum ſuorum, & pro aliquali ſumma pecunie, dedit & contulit per manus noſtras cum ipſius poſſeſſionis proprietas nos reſpiceret, Eccleſie S. Marie Virginis in Fürſtencell, iuſto proprietatis titulo, perpetuo poſſidendam. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras dedimus dicte Eccleſie in Fürſtencell, noſtri ſigilli munimine roboratas. Dat. anno Dom. 1283.

Num. XXIV. Curia Pubing. Anno 1284.

Nos Hainricus D. g. Pal. Com. Rheni, Dux Bavarie, profitemur, quod *Hartliebus filius Marchardi pie memorie Marſchalchi* noſtri ex diſpoſitione paterna vendidit curiam in Püebing, titulo allodii ſibi attinentem cum queſitis, & inquirendis iuribus, pratis, paſcuis, ſylvis, & omnibus attinentiis, chariſſimo Capellano noſtro Magiſtro Hertwico, honorabili Canonico Patavienſi: qui ſtatim eam fundationi ſue, Eccleſie in Fürſtencelle, tradidit perpetuo poſſidendam. Renuntiaverunt etiam coram nobis omnes heredes predicto Marſchalio noſtro attinentes, videlicet uxor ipſius Reichkardis, & filius ac filia, uxor *ſcilicet Iahenſtorferii* iunioris dicti *Alberti*, una cum ipſo, & ceteri, omni iuri & actioni, quod eis de facto vel de iure competere poterat in curia memorata. In cuius rei teſtimonium, venditionis, donationis, & renuntiationis, preſens inſtrumentum conſcribi fecimus, noſtri ſigilli robore communitum. Teſtes *Tymo Plebanus de Auſhauſen*, *Otto de Iahenſtorf*, *Sifridus de Gazholting*, *Hainricus dictus Puhler*, *Ulricus Villicus*, & alii quam plures. Datum in Landaw. 1284. dominica quaſimodo.

Num. XXV. Confirmatio Boica donationis ab Ortenburgenſibus factæ. Anno 1286.

Nos Hainricus D. g. Com. Palat. Rheni, Dux Bavarie, preſentibus profitemur, quod dilectus nobis *Rapoto Comes de Orten-*

tenberch, ob noſtre dilectionis favorem, quem Eccleſie in Fürſtencelle fundationi noſtre ex corde gerimus, & principaliter propter Deum, ceſſit, & renunciavit voluntarie, & ex toto, actioni, & impetitioni, ac omni iuri, ſi quod habuit, vel habere videbatur ex hereditate paterna, vel quocunque modo alio, contra predictam Eccleſiam de Fürſtencelle de bonis & in poſſeſſionibus infra ſcriptis, comparatis ipſi Eccleſie per dilectum Capellanum noſtrum bone memorie Magiſtrum Hertwicum Canonicum Patav. apud fratres ipſius Comitis *Gebhardum*, *& Dyepoldum quondam Comites de Ortenberch*, & quibusdam aliis bonis ex donatione fidelium noſtrorum, *videlicet Alberti nobilis de Hals*, *& Weimari cognomine Probi aſini*, ipſi Eccleſie collatis, nec non hiis, que venerabilis Abbas loci Waltherus etiam comparavit, donans libere & preciſe antedicte Eccleſie omne ius ſuum, quod in eisdem poſſeſſionibus, atque bonis habuit, & habere videbatur, cum ratihabitione emptionum & donationum ſuperius pretactarum. Nos igitur predicti Rapotonis bone voluntatis affectum grato animo commendantes, gratum & ratum pro omnibus heredibus noſtris habemus approbamus & confirmamus, quidquid per ipſum factum eſſe dignoſcitur in premiſſis omnem defectum, ſi quis eſſet, aut eſſe poſſet, in hac parte, donatione & auctoritate propria nunc ſupplentes, ita ut ipſa Eccleſia in Fürſtencelle omnes infra ſcriptas poſſeſſiones iuſte proprietatis titulo perpetuo debeat libere poſſidere. Sunt autem hec nomina poſſeſſionum. Curia in Sulzbach, & Sylva ibidem, que Tannech dicitur, quam Comes Dyepoldus legavit Eccleſie in extremis; item Curia in Tettling, & Huba in Tal, Curia in Leuprechtshaim, & quartale Hube in Aſprechtshaim; due Curie in S. Lucia; in Walchunſperg Huba, & Molendinum in Aſprechtshaim, & duo beneficia in Weeg Pilzweg, und Ernweeg. Ut ergo univerſa & ſingula premiſſorum robur obtineant firmitatis, preſentes litteras conſcribi & no-

ſtro,

ſtro, & ipſius Comitis Rapotonis ſigillis communiri fecimus cum teſtibus ſubnotatis. Teſtes ſunt hii *Otto*, *Ludwicus*, & *Stephanus filii noſtri*, *Weinmarus Aſinus*, *Hainricus de Pflæling*, *Alramus de Rottawe*, *Hainricus de Alnchoven*, *Rihkerg de Ahaim*, *Albertus Vicedominus de Straubing*, *Albertus Cloſnarius*, *Leupoldus Ekhartingarius*, & alii quam plures. Datum in Landaw anno Domini 1286. nonas Auguſti.

Num. XXVI. Immunitas Auſtriaca. Anno 1287.

Albertus D. g. Dux Auſtrie, & Stirie Dominus Carniole, Marchie, & Portus-Naonis, univerſis preſentes litteras inſpecturis in perpetuum. Conſtituti coram nobis honorabiles, & religioſi Viri -- Abbas & Conventus Monaſterii in Fürſtencelle Ord. Ciſt. Patav. Diœc. humiliter petierunt, ut quoddam privilegium ipſis a ſereniſſimo Domino Rudolfo Romanorum Rege ſemper Auguſto, de ſpeciali gratia traditum, innovare de ſuperabundante benevolentia dignaremur; cuius videlicet privilegii tenor per omnia talis erat: Rudolfus &c. ut ſupra N. 15. Nos itaque attendentes, quod impenſa pie devotorum in Chriſto profectibus eterne remunerationis augmentum largitori apud Deum accumulant, & rependunt, premiſſa omnia & ſingula, ſicut de verbo ad verbum preſentibus ſunt inſerta, memoratis Abbati & Conventui duximus innovanda, indulgenda, & preſentis ſcripti patrocinio approbanda, dantes has litteras noſtras, noſtri ſigilli munimine communitas in teſtimonium ſuper eo. Datum Wienne 6. Cal. Mart. anno 1287.

Num. XXVII. Decimæ in Ramſtorff. Anno 1258.

Nos Wernhardus D. g. Eccl. Pat. Epiſc. notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod ob reſignationem viri nobilis, nobisque dilecti domini *Alberti de Hals*, decimam villule in Ramſtorf, duorum videlicet manipulorum, quam a nobis

bis in feodo habuerat, Eccleſie B. Marie Virginis in Fürſtencelle appropriavimus, & donavimus iure proprietatis perpetuo poſſidendam, recepta in compenſationem eiusdem decime, pro nobis, & Eccleſia noſtra, *ab Ottone de Iahenſtorf, & filio ſuo Alberto*, curia proprietatis ipſorum, dicta an dem Salzberge iuxta Euchndorf, quam idem nobilis de Hals a nobis habebit, & ipſi ab eo vice predicte decime, in poſterum titulo feodali. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras dedimus dicte Eccleſie in Fürſtencelle noſtri ſigilli robore roboratas. Datum & actum Patav. anno Domini 1288. 4. Cal. Octobr.

Num. XXVIII. Sylva Obernwald. Anno 1295.

ſtencell, und allen irn Nachkomen, umb ein ſoliche Summa Gellz, der wir von in zu rechter Weil, an allen unſern Schadn, und Gebrechen ganz ausgericht, und gewert ſein nach allem unſern Benügen. Item von erſt ain Gut ze Mattenheim, gelegen in Vilshouer Gericht, und in Auckircher Pfarr, da Görig Huber auffizt: diennet järlich zwelif Schilling Pfening, zway Stiffthüner, und ain Vaſsnacht Huen, und zehen Pfening in der Stüfft. Item zway Güter ze Freiling, die baide gelegen ſind in Grieſspekher Gericht, und in Utelawer Pfarr, von erſt ains, da Hanns Raydel auffizet, diennt järlichen ain Pfunt Pfening, zway Stifthüner, ain Vaſsnachthuen, und zehen Pfening in der Stift. Item das ander Gut ze Freyling da bey Obermairin auffizt, dienet järlichen ain Pfunt Pfening, zway Stüft Hüener, ain Vaſsnacht Huen, und gibt zehen Pfening in der Stift. Item ain Gut ze Schalltenöd, gelegen bey neun Orttenberg in Grieſspekher Gericht, und in Holzkircher Pfarr, da der Jäkhl Välſtich auffizt. Diennt järlichen ſechs Schilling Pfening, zway Stifthüner, ain Vaſnachthuen, und giebt zehen Pfening in der Stifft. Item ain Gut genant die Gerbemöd, gelegen bei neun Ortnberg, in Griesbecker Gericht, und in Holzkircher Pfarr, da Liedl Ambtmann auffizet; diennt järlichen ſechs Schilling Pfening, zway Stifthüner, ain Vaſsnacht Huen, und giebt zehen Pfening in der Stift. Allſo haben wir den benanten erwirdigen Herren Herrn Achazen Abbt, ſeinem Convent, Gozhaus ze Fürſtencell, und allen iren Nachkumen, dy vorgeſchriben Stuckh, Güter, und Gült alles und iedes, mit all ſeiner Zugehörung, für rechtz, unuerkumerts, freys, ledigs Aygen willigklich übergeben, und eingeantwurt aws unſer, und aller unſer Eriben Gewalt, Nuz, und Gewer, in ir, und ires benanten Gozhaus Gewalt, Nuz, und Gewer. Und verzeihen uns auch des an aller ſtat gar, und gänzlich, wiſſenlich in Krafft des Briefs in ſolicher Mainung,

daſs wir Graf Heinrich, und Graue Görig, noch wir Eliſabeth Gräfin, des benannten Graf Heinrich Gemahl, khein unſer Erben, noch ander yemant von unſern wegen, yezo, noch hinfür ewigkhlich hinds den vorgeſchribem Stuckh, Gütern, und Gült, aller Zugehörung, noch darauf khain Zuſpruch, Gerechtigkeit, weder wenig, noch vill, Anſprach, Lechenſchaft, Voggtey, noch Vordrung nymermer, noch nicht gewinnen ſullen, enmügen, noch enwellen, weder mit geiſtlichem noch weltlichem Gericht, noch an Recht, noch ſunſt mit khein ander Sachen, wie man die erdenken möcht, in khainerlay Weiſs ungeuerlichen. Es mügen auch dy vorgemelten Herr Achaz Abbt, der Convent ze Fürſtencell, und all ir Nachkomen, mit den vorgeſchribnen Stucken, Gütern, und Gülten, irm freyem, ledigen Aygen, aller Zugehörung, nu fürbas alln irn, und irs bemelten Gozhaus Notdurft, und Fugſamkeit innhaben, nüzen, nieſſen, ſtifften, und entſtifften, verſezen, verkauffen, und geben, wie, wan, oder wem ſy verluſt, an unſer, aller unſer Erben, und an menigklichs von unſern wegen Irrung und Einſprechen. Wir geloben, und verſprechen in auch mit unſerm Trewen, daſs wir der obgenanten Stuck, Güter, Gült, und des Khauffs, aller Zugehörung, ir Recht geweren, verſprechen, Scherm, und Fürſtand ſein ſüllen, und wellen, für all rechtlich Anſprach, wo, gein wem, und als offt in des Not beſchicht, als ſolichs Kaufs freys ledigs Aygens, und Landes, darin di benanten Stuckh, Güter, und Güld gelegen ſint, Recht iſt: alles getreulich und ungeuärlich. Gieng in aber an der benanten Gewerſchaft, und dem Scherm icht ab, wie man, oder von wem ſich das fügt, zu welcherlay Schäden ſy des kämen, wie die genant wurden, khainen ausgenomen, irs Anwalds aines ſchlechten Worten, an Ayd, unberecht, darumb zegelauben, di ſelben Abgeng, und Schädn all ſüllen ſi haben, und bekommen, zu

uns,

uns, unſern Erben, und Trewn. Darzu unuerſchaidentlich auf aller unſer Hab, Lewten, Stuckhen, Gütern, und Gülten, wo wir di überall yndert haben, oder laſſen, khainew ausgenomen, der mügen ſy ſich, oder ir Anwalt, darumb allenthalben wol unterwinden, mit Gericht, oder an Recht, wie verluſt, als lang und ſo uill, unzt daſs ſy irer abgeng, und ſchaden, dauon ganz ausgericht, und geweret ſein nach iren Benügen. Und ob fürbas icht ander Brief, oder Urkund herfür khämen, dy auf di vorgeſchriben Stuckh, Güter, und Gült ir aines, oder mer, weiſten, geleſen, oder gehört wurden, es wäre vor Gericht, oder ſunſt, dy in ze Schaden kömen mochten, wie, wan, oder von wem ſich das fügt, dieſelben Urkund und Brief ſullen all ab, tod, und vernicht ſein, ſunder wider den gegenwurtigen Brief khain Kraft, noch Macht nicht mer haben, noch gewinnen in kainerlay Weis. Und was wir, khain unſer Erben, oder ander yemant von unſer wegen, wider all hier angeſchriben Pünt, und Artigkl fürbas aufhuben, kriegten, oder rechten wollten, geiſtlich, weltlich oder an Recht, das geben, und bekennen wir dem vorgenannten erwirdigen Herren, Herrn Achazen, dem Convent Gozhaus Fürſtencell, und allen iren Nachkomen, an aller ſtat Recht behabt, und gewunen, und uns, oder wer es von unſern wegen tät, oder aufhueb, ganz unrecht, und verloren, an all Widerred, wo das vorkäme, und daſs in oder wer dem Prief mit irm gutn Willen inn hat, oder fürbringt. Daſs alles alſo ganz ſtät, und unzerbrochen beleib, des zu ainen ſtäten Urkund der Warhait, geben wir obgenante Graf Heinrich, Graf Iórg, und wir Eliſabeth, Gräfin des benanten Graf Heinrichs Gemahl, den Brief beſigelten mit unſer aller dreyer aigen anhangunden Inſiglen, und zw ainer Gezeugnüzz, mit des edlen weiſen Hannſen des Trägenrewter, an der Zeit unſer Pfleger zw Sälldenburg, auch anhangunden Inſigl, den wir yezgenante

nante drey, Graf Heinrich, Graf Iörg, und Eliſabeth Gräfin, fleiſſig darumb gepetten haben, im, und allen ſeinen Eriben, an Schaden. Under dy Inſigl alle wir uns unuerſchaidenlich zu einander, mit unſern Trewen für uns, und all unſer Erben, verpinden, alles das war, und ſtät zehalten, was der Brief allenthalben inhalt, und ausweiſt. Des Kauffs ſind Zeugen, und Taidinger geweſen, der edel weis *Rueprech Haybegk ze Haybach*, *Hanns Mermoſer*, und die erbern *Ulreich Hallder*, *Purger ze Paſſaw*, *Rueprecht Weinmon*, *Wernhart Tanner*, und mer erber Läwt. Geſchehen an ſand Urbans Tag des heiligen Martrer, da man zelet nach Chriſti unſers lieben Herrn Gepurde vierzechen hundert Iar, und darnach in dem neun und vierzigſten Iar.

Num. LXXXI. Pontificalia. Anno 1476.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Ioanni Abbati, & Conventui Monaſterii in Fürſtencelle, Ciſtercienſis Ordinis, Patav. Dioec. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtre devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam te, fili Abbas, quem ſpeciali dilectione proſequimur, quam ſucceſſores tuos, veſtri Monaſterii in Fürſtencelle, Ciſt. Ordinis Patav. Dioec. Abbates, ipſumque Monaſterium dignis honoribus attollamus. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu, fili Abbas, & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterii, quod, ut aſſeritur, notabiliter fundatum, & dotatum exiſtit, pro tempore exiſtentes, mitra, & annulo ac aliis Pontificialibus inſigniis, quandocunque & quotiescunque tibi & eis videbitur, perpetuo libere uti, nec non in dicto Mōnaſterio, ac Prioratibus eidem ſubiectis, etiam Parochialibus, aliisque Eccleſiis, ad veſtram collationem, proviſionem, ſeu preſentationem pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolemnem, poſt Miſſarum, Veſperarum & Matutinorum,

norum ſolemnia, dumodo in huiuſmodi benedictione aliquis antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ legatus, præſens non fuerit, elargiri. Veſtes quoque, ad cultum divinum neceſſarias benedicere valeatis. Felicis recordationis Alexandri Pape IIII. Predeceſſoris noſtri, que incipit: Abbates &c. & aliis quibuscunque conſtitutionibus apoſtolicis, in contrarium editis, nequaquam obſtantibus, tibi & eisdem ſucceſſoribus, auctoritate apoſtolica, tenore preſentium, & ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, quinto Calendas Maii. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. LXXXII. Confirmatio Privilegiorum. Anno 1581.

Von Gottes Gnaden wir Wilhelm Pfalzgraue bey Rhein, Herzog in obern und nidern Bayrn &c. bekhenen, als ainig regirender Fürſt, mit diſem offen Brieue, daſs wir den würdigen, und andechtigen in Gott unſerm lieben getreuen Abbte und Convent unſers Cloſters Fürſtenzell, auf ir unnderthenig Erſuchen, und Biten, ire alte Freyheiten und Hanndtveſt, gnedigeleich confirmirt, erneuert, und beſtätt haben. Confirmiren, erneuern und beſtätten ſolch ir Freyhait, Handtueſt, allt Herkomen, und guet Gewohnheiten, wie ſy ſolches alles hergebracht, und noch in Gebrauch haben, hiemit wiſſenlich in Kraft dis Briefs. Und nachdem weilendt der hochgeborn Fürſt, unſer freundtlicher lieber Herr Vater, Herzog Albrecht &c. ſeeliger Gedechtnus, bis auf ſeiner Lieb widerrueffen, gedachtem Abbt, und Convent für etlich Kueffen, und Küeffel Salz, ſo

inen, dem Abbt, und Convent, an unſer Mautt zu Burchhauſen frey durchgelaſſen worden, und befreyt geweſt ſein, Vertrags weiſe mit irem des Abbts und Convents guetem Willen ierlich dreyzehen Gulden zegeben gemacht haben; allſo wellen wir ermeltem Abbt, und Convent, für ſolch befreyt Salz, iedes Iahrs die beſtimmten dreyzehen Gulden aus unnſer Mautt zu Burkhauſen, doch auf unſer Widerrueffen auch volgen und bezallen laſſen. Darauf allen, und ieden unnſern Vizdomben, Haubtleuten, Pflegern, Richtern, und andern unnſern Amtleuten, und Unterthanen, und Getreuen, ernſtlich gebietend, und ſchaffend, daſs ir ſy bey obberüerten iren Freyhaiten, Handtueſten, alten Herrkommen, und guten Gewonhaiten, vorberüertermaſſen hanndthabet, ſchuzet, und ſchirmet, dawider kainen Eingrif, noch Hanndlung wiſſentlich fürnemmet, noch ſolches iemandt zuthun geſtattet, bey Vermeidung unſerer Straf, und Ungnad; des wellen wir uns entlich verſehen. Des zu Urkhundt haben wir inen diſen Brief mit unnſerm anhangenden Secrete Inſigl beſigelt. Geben in unnſer Stat München den zween und zwainzigiſten Tag Monats May, alls man zalt von Chriſti unſers lieben Herren Geburdt, fünffzehenhundert, und im ain und achzigiſten Iare.

Num. LXXXIII. Ius braxandi. Anno 1612.

Von Gottes Genaden Maximilian Herzog in obern und nidern Bayrn &c. unſern Grues zuuor, würdiger in Gott, lieber Getreuer. Wir haben euer demüthigiſtes Schreiben, darinnen ihr uns zuverſtehen gebet, daſs ihr Vorhabens werdt, zur mehrerm unſers Cloſters Fürſtenzell Nuz und Frommen, ain aigens Preuhaus, aus etlichen beweglichen Urſachen, zuerpauen, deſswegen Ir dann umb unſern gnädigſten Conſens bitten thüet, ablesendt vernomen. Weil dann ſolcher euer vorhabender Pau mit angedeuten Preuhaus allain zue des Gottshaus und Cloſters Fürſten-

ſtenzell, hochen Notturft und Nuz angeſehen, alſo wöllen wir hiemit gnädigſt bewilliget haben, daſs ihr mit ſolchen vorhabenden Pau, des verſtandenen Preuhaus halber, verfahren möget. Wolten wir euch gnädiger Mainung nit pergen. Datum München den 16. Ianuary anno 1612.

A. Fachner.

Num. LXXXIV. Excerpta Genealogica ex Monumentis Fürſtencellenſibus.

1248. *Agnes quondam Ducissa Auſtrie obligat* Rapotoni de Ezzenbach *miniſteriali ſuo proventus mute in Neuenburg pro ſecuritate impenſarum, quas pro conſervatione Caſtri Neuburg fecit. act. ap. Searsheim a. D. M. CCXLVIII.* 22. *Sept. Ind. VI.*

1270. Gebhardus *Rapoto, & Diepoldus Comites de Ortenberg, Rudgerus Cloſner, Richer de Sturzbach, Hartman de Frienberg, Conr. de Rautelsbach, Heinr. de Erzingen.*

1280. *Gotfridus Comes de Kirchberg, Albertus de Paumgarten, Ulricus de Puechberg, Heinricus de Inno, Heinricus de Radeck, Conr. de Hartheim, Leutoldus de Talheim, Fridericus de Peſching.*

1281. *Rapoto de Ezzenbach.*

1282. *Seibert, ux. Juta, frater Otto de Scharding.*

1288. *Conradus Popenberger, Richter zu Vilshofen, Fridericus ſein Bruder. Paltarius de Karlſtein, Hedwig, Berta uxores eius, Paltarinus & Petrus filii eor. Heinricus filius Paltarini, & uxor eius Berta.*

1289. *Richer de Rotau, ux. Cuneg. Albertus de Altenbuch, Heinricus de Hieuſmaning.*

1290. *Heinricus Waler, Petrus Patruus eius.*

1291. *Rapoto de Ezzenbach.*

1293. *Heinricus der elter von Schaumberg, Rudolf der Schiver, Hertnid der Straſner, Ulr. de Ludweigsdorff ſin Vetter, Sigh. von* Grueb, *Rud. der Stol. Ulr. der Straſner.*

1293. *Heinricus von Pfoeling, Meingot & Frider. de Ranzhofen.*

1293. *Otto de Scharding, Seibert ſin Brueder, Frider. Weſterburger & filii eius Fridr. Heinr. Dieter. Peter. Ioh.*

1294. *Otto de Iakenſtorf, uxor Claramia, liberi Albert, Heinric Albero, Eberhart, Eliſabet, Gertrud, Benedicta, Wirnto Walairius iam def. Heinricus Walarius, Altmanus de Leuwolfing gener Ottonis de Iahersdorf, Heinricus & Hertwicus de Prunne, Altmann & Albertus Grafendorfer.*

1295. *Comes Rapoto de Ortenberg, Conr. der Dobler, Hertwich der Staindorfer, Ruger von Hattenheim, Heinr. der Teuffenbek, Fridericus der Steinbek.*

1296. *Seifrid Frumbeſel von Scherding, Weimarus ſin Vater, Agnes ſin Hausfrau, Weimarus ſin Sun. Otto de Holzheim, ux. Kunegund.*

1298. *Heinric de Sigenheim, filius Liebhardi, Heinricus ſin Vetter, Werner Rueſtorfer, Conr. Poppenberger, Heinr. Tumayr.*

1303. *Otto de Waldek, filius Ottonis, frater Cunonis.*

1303. *Heinricus Empfchofer, uxor Eliſab. filia Meingoti, de Ranshofen, Eberwein Viztum zu Straubing.*

1303. *Rudgerus de Prambach, Herman von Rechberg, Herman & Otacher filii eius.*

1306. *Meiſter Iorg des Hertzogs Schreiber, Rudland von Saulberg Hofmeiſter, Marchwart Alnchofer.*

1306. *Hartwic der Hutter, uxor Bertha, Zachar. Gaben, Hertel Wilhelm ſin Sun, Frider. ſein Brueder.*

1306. *Hademar de Waldek, Herman de Landenberg, Burgrau ze Neuburg, Ortolf de Marsbach, Walcoun & Otto fratres de Hader, Rudman de Mittich.*

1306. *Alram & Richer de Rotan, Hartlieb der Schafbeck.*

1307. *Frider. Werner, Heinr. Mathes die Straubinger.*

1308. *Otto der Iahnſtorffer, Richter ze Griesbach.*

1308. *Perengerus Heffter, nxor Metha, Ortolf Heffter, ux. Diemut.*

1313.

1313. *Wernhart de Hefft, Ulr. ſin Sun, Ortlieb ſin Brueder, Heinr. Smithaimer.*

1313. *Alram de Rotau pater Richer, avus Alram.*

1316. *Heinrich von Eſſenbach, Dietrich der Schenk, Werner Ruesdorſfer, Dancwart der Schonacher, Otto von Planchenbach, Hug Creusbek, Werner Tobelhaimer, Trautlieb von Quenting, Wolfram der Ramsdorfer, Otilie ſin Hausfrau.*

1316. *Otto Poppenperger, Conr. ſin Bruder, Frid. Epelhauſer.*

1317. *Seifrid der Frumeſel, Albr. der Pilich, Ulr. der Schaur, Ruger von Hatnheim, Ulr. der Aiſter.*

1317. *Hans von Marſpach, Burgrav zu Neuburg.*

1318. *Dieterich Poppenberger, uxor Anno Ekkolf Grawzzingsreuter, Eliſab. ſin Chonne, Haunold Reuler.*

1319. *Heinrich Graf von Ortenberg, Ulr. der Witauer, Wernh. Tobelheimer, Heinr. Senckheimer, Conr. von Geiſelberg, Conr. von Wandenberg.*

1320. *Ulr. von Demhof. ux. Offem. fil. Reicher, Sweiker der Tuſchl, Tanew der Schoenacher, Conrad der Tobelhaimer, Heinr. der Geltinger.*

1322. *Albert der iung Gloſner, Purggraf und Richter zu Vilshoven, Ruprecht von Vnterholzen, Alber der Ekker, Heinr. Gerbolzdorff, Goſpolt von Tieffenbach, Philipp von Rumpting.*

1323. *Heinr. der Schad, Holzbrobſt zu Neuburg; Sweiker von Saldenau, Viztum an der Rot, Wolfger der Stainsdorffer. Heinrich de Ezzenbach, Carl & Bernhart de Rotau, Hainr. und Wernzel die Schaden.*

1323. *Conr. Mayr Holzprobſt, und Frau Agnes, Ott. ir Sun, Dieter. Otto Wenzel des Conrads Brueder.*

1324. *Heinricus der Leitgeb, ux. Adelh. Heinr. der Pehaim, Heinr. der Lintner.*

1327. *Heinr. von Leuwolfing, Sweiker der Tuſchel, Altman von Leuwolfing.*

1332. *Sweicker von Saldenau, uxor Kunegund, ſein Swager Reicher von Sigenhaim.*

1333. *Cunegund die Ekkerin von Grieſpach, und mein Sun Hainrich, und Ulrich die Rusdorfer, Alram von Rotau, Pfleger auf dem Neuhaus zu Scharding. Ortolf der Hefter, Chriſtian der Aſpek, Ulrich der Entheimer, Walcun der Hochſtader, Werner der iung Rusdorfer.*

1336. *Ulr. Walich, Burgraf zu Neuburg, Wernhard der Schad, Agnes Uxor, Heinr. filius.*

1336. *Wolfger Ramsdorffer der elter, Ulr. Stettinger, Diether Perchamer, Sweiker der alt Tuſchel, Ulr. ſin Sun, Conr. Puchberger, Otto Sturpech, Peter der Ekker.*

1340. *Heinr. Toblhaimer, Heinrich de Mitiche.*

1342. *Andre von Penning, Pater Gotſchalc, Ulr. & Conr. fratres.*

1343. *Iohan Warter de Wart, Ulr. von Gulheim.*

1344. *Heinr. von Haunſperg, Conrad. Poppenperger, Otto, Ernſt Heinr. die Ekker.*

1345. *Ich Hertel Gumpel von Ezzenbach, vergich, daz mir der erwirdig Herr Abbt Hainrich, der Pet mins Herrn Sweicker von Saldenau, habent lazen iren Hof ze Ezzenbach auf ain Iar und nicht lenger nach Paumans Recht, und ſol furbas kain Recht daran habent, an allen mein Dri Tail das volgt mir nach, das ſol ich loſen als Paumans Recht iſt, act. ſub Sigil. Conradi Popenperger.*

1345. *Werint de Au, Richter zu Dingolfing.*

1349. *Ulrich de Reuting, Otto der Turſpek.*

1350. *Frider. Poppenberger, Graf Heinrich von Wartſtein, Conrad Puechberger de Engerſperg, Sweiker & Heinr. die Tuſchel.*

1351. *Ulr. de Leuwolfing, Hofmeiſter.*

1358. *Bertold der Beheim.*

1358. *Conr. Poppenberger de Irsheim, Ottel, Mertel, Ulr. Popenber- von Ratolzheim, Ruger ab dem Berg, Burggraf zu Bernſtein,*

Walc.

Walo. de Hader, Ulr. de Erlheim, Ulr. de Sulzbach, Heinzel de Hader, Frid. & Liebhart de Siegenheim.

1360. *Alber der Talheimer, Margret Uxor, Chriſtann von Ramsdorf, Hilibr. der Ramſperger.*

1360. *Sweiker Tuſchel de Saldenau, Pfleger zu Griesbach, Iohan ſein Sun, Heinr. frater eius.*

1361. *Heinr. der Tuſchel, Fridr. de Rotau, Ulr. de Ulrain.*

1362. *Conr. Poppenberger, Uxor Eliſab. Walcoun Haderer, Ulr. der Crvetlein, Ulr. de Rumting.*

1363. *Ulr. & Heinr. Grafen von Schaumburg.*

1364. *Sweiker der Tuſchel, Heinr. von Mitich, Fridr. Sigenheimer, Ulr. Nusdorffer.*

1367. *Ulr. von Dorffen, Ulrich von Sulzbach die Dorffer, Peter Raſp ir Oheimb, Conr. von Poking, Heinrich von Mitich, Conrad. Tobelheimer.*

1369. *Ilſing Hauzenberger, Franc. Aſchbek.*

1370. *Frider. Chrafft.*

1371. *Ulr. de Nusdorff.*

1372. *Ulrich der Poppenberger von Neuhofen, Linhart und Hans ſine Vetern.*

1372. *Zachrei der Hadrer, Bernhard ſein Vetter.*

1373. *Sweiker Tuſchel zu Berchaim, Iohan der Warter von der Wart, Ulricus Dorfer de Sulzbach, Catharina uxor eius.*

1374. *Wernhart Lanprechtinger, Richter zu Griesbach.*

1374. *Ulr. Mawly, Pfleger zu Neuburg, Ulr. der Giener.*

1377. *Frider. Stingelhaimer, Iohan de Steinach.*

1377. *Frider. & Richer die Sigenheimer.*

1378. *Ulr. Hybinger, uxor Giſol, Andre Tobelhaimer.*

1378. *Ulr. de Ortheim, Metza uxor, Sweiker filius.*

1379. *Dieter Poppenperger, ux. Anna, Heinr. Cherſperger, Pfleger in Neuburg.*

1379. *Liebhart der Sigenhaimer, und Hans der Sigenhaimer.*

1380.

1380. *Iohan der Mulher, Pfleger zu Griespack, Ulrich Ulrainer.*

1380. *Bertold Stainberger de Steinberg, Ioh. der Gmusl, Pfleger zu Degenberg, Wilhelm Rotauer.*

1381. *Conrad Eſenhaimer, Mautner zu Vilshoven.*

1381. *Ilſung Hauzenberger, Eliſab. Uxor, Georg filius, Ekkolf Grauzingsreuter, Pfleger zu Neuburg, Dieter Poppenperger, Leutold Menghofer, Peter Ruesdorfer.*

1383. *Ulr. der Hybinger, Conrad der Trenbek.*

1383. *Ruger der Lewtner.*

1383. *Iohan Tumager, Ulricus Ulrainer.*

1384. *Iohan de Satelbogen, Richter zu Straubing.*

1384. *Iohan Hauzenberger, Mart. & Ulr. fratres eius, Pater eorum Renbartus, Tancwart Heitzberger.*

1385. *Iohan & Wilhelm fratres de Tobelheim.*

1385. *Conrad der Aichberger, Anna uxor, filia Conradi Raſponis.*

1386. *Ulr. von Erlheim, Metza ſin Chonne, Sweiker ſein Sun, Veter von Entau.*

1387. *Hartnid der Kuchler, Hofmeiſter unſer gnedigen Frauen Hertzogin, Friderichs ze Baiern, Peter der Eſchelteck.*

1388. *Albr. Hagenpucher, Leutold Menghofer.*

1390. *Peter Rustorffer, frater Walcoun, Wolfhart ſin Veter.*

1390. *Ruprecht de Unterholzen.*

1390. *Liebhard Sigenheimer, Peter frater eius de Poſſemuſtur, Werner der Schenk, Ulr. Ulrainer, Ulr. Hybinger.*

1391. *Iohan. Ekker, Wilh. de Rotau, Verunck der Hauczenberger.*

1392. *Albr. Rigelbek.*

1393. *Reicher de Sigenheim, Lienhard von Steinkirchen, Ioh. Diepoldſperger.*

1393. *Ott Poppenberger, Ioh. Dieter, & Ulr. Poppenberger, Gundaker der Tannberger Ritter.*

1396. *Chriſtian Ramsdorffer, Beatrix uxor, Chriſtoph, Wolfger, Martin filii eorum.*

1396. *Oſwald Toering, Viztum in nieder Baiern appendet ſein Viztum*

Amts

Amts Inſiegl. Teſtes Werner Schenk, Pfleger an der Rot, Ott Rueſtorfer von Grafinſe, Ott Rueſtorfer zu Chiriching, Thomas von Arntorf, Ortolf Tætenbek, Wernhart Weſterkirch.

1398. *Frider. Heffter, uxor Margaret iam def. filiæ eorum, Margareta nupta Petro de Rempolzheim, & Anna nupta Leutoldo de Menghofen, Andre Herlſperger, Pfleger zu Neuburg. Leutold Peter Raſp. Lieudel Poppenberger.*

1402. *Georg Cloſner, Walcoun Rusdorfer, Iohan von der Linden.*

1410. *Heinr. Kolenberger, Stephan Goſſenpek.*

1411. *Heinr. Boxaur zu Boxau, Harprecht Ahaimer zu Ahaim, Iohan Berghofer.*

1411. *Ioh. der Treflinger, Ruger der Tobelheimer.*

1412. *Heinr. Boxauer von Boxau, Meinhart der Florianer zu Marchelhofen.*

1414. *Conr. Ulr. Alb. Peter die Stettner, Iohan Staindorfer, Heinr. Chollnberger.*

1418. *Leo Schachner zu Swerzenbach, Andre der Schachner, ſin Vetter Pertram der Odenwieſer, Burghuter zu Neuburg.*

1422. *Iohannes Comes de Schaumburg.*

1427. *Peter Rainer zu Rain, Ritter.*

1430. *Mathes Ekker, Burgſaſs zu Griesbach.*

1433. *Caſpar Pfaffinger, Erbmarſchal in Bairen, und Probſt der Innbruk zu Paſſau.*

1436. *Caſpar & Warmund fratres de Rotau, Caſpar Pater, Englburg mater eorum Eraſ. non Laiming, Pfleger zu Griesbach.*

1438. *Iohan Ekker, Iohan Hauſner.*

1440. *Iohan Amelsdorffer.*

1442. *Heinric Ekker, Achatius Schacher zu Swerzenbach.*

1443. *Iohan Goſſenberger, Ulr. Rinckheimer.*

1444. *Georg Ahaimer, Landſchreiber zu Landshueth, Thomas Siegenheimer, Pfleger zu Viechtenſtein, Heinr. Frichenhover, Richter zu Griesbach.*

1445. *Iobſt Giebinger.*

1446. *Iohan Apfentaler, Urban Schawer zu Metenhauen.*

1452. *Friderich Pienzenauer zu Hartmansperg, Pfleger zu Iulbach, ux. Magdalena filia Reicheri de Sigenheim, Wolfgang von Kamer, Pfleger zu Griesbach,*

1453. *Iohan Landgraf zu Leuchtenberg, Graf zu Halls, Kaſpar Eſchenbek, Pfleger zu Halls.*

1455. *Bernhard Graf vou Schaumburg.*

1456. *Georg Moroltinger zu Harnbach, Benigna uxor filia Stephani Dedemann, Iohan Moroltinger, Ritter und Pfleger zu Neuburg, Ioh. Wilſer zu Wolfach.*

1461. *Rup. Heinbek.*

1465. *Lienhard Smatz, Stephan Færlbek.*

1468. *Lucas Tumayer von Dorfbach, Ritter.*

1473. *Thomas Seiberſtorfer, Ioh. Zachlinger.*

1476. *Diepold Auer, Pfleger zu Griesbach.*

1485. *Wolfgang Weſternkircher zu Birnbach, Wilhelm Taetenbach, zu Obertatnbach.*

1488. *Paul Hawnperger, Ritter zu Tunzenberg.*

1507. *Georg Graf von Schaumburg, oberſter Erbmarſchal in Oeſter.*

1531. *Chriſtoph Frenkinger, zu Frenking., Landrichter.*

Monu-

MONUMENTA
ASPACENSIA.

PRÆFATIO.

Aſpacum, nobile Sodalium D. Benedicti Monaſterium, Tetrarchiæ Landshutanæ adſcriptum, ad ipſos fere confluentes rivuli Aſpach, qui nomen loco præbuit & Rotæ fluvii, in colle leniter acclivi amoeniſſime ſitum eſt haud longe a Griesbaco, celeberrimo Rotanæ vallis oppido ac caſtro.

Fundatorem venerantur Aſpacenſes noſtri Ottonem S. Epiſc. Bambergenſem: qui prædium Aſpach, a Chriſtina Geroldi cuiusdam

Comitis vidua, ea lege acceptum, ut pium ibi inſtitueret aſceterium, Sodalibus D. Benedicti circa an. 1127. tradidit, doteque uberiore beatum in monaſterium evexit. Illud vero poſtquam egregia cepiſſet incrementa, miſere vaſtatum, exuſtum atque deſtructum eſt an. 1212. a Mangoldo Patavienſium Epiſcopo, Ortenburgenſes Comites debellante: idemque fatum exitioſum, cum vixe cineribus renatum eſſet, denuo expertum eſt an. 1266. Otokaro Rege Bajoariam inferiorem late depopulante.

Duplice hac ſtrage horrenda perierunt plurima, eaque antiquiſſima, Aſpacenſium monumenta; & quæ ſupererant flammis ægre ſurrepta, a. 1350. ne quid malorum deeſſe videretur, in prædam ceſſerunt furum, ſacriſtiam ſpoliantium, rapacitati.

Mirum itaque eſt omnino, quod inter tantas rerum omnium apud Aſpacenſes noſtros excidiones ſervari poterunt Codex egregius traditionum, chartaceus quidem ille ac

Secu-

Seculo XIV. ſuppar, at ex antiquiore deſcriptus; itemque diplomata alia ſat magno numero momentique haud vulgaris: e quibus ſelegimus L. jam primum in lucem publicam protrahenda. Copiam omnium ac ſingulorum quæ Aſpaci aſſervantur monumentorum, interque illa codicis *Legum Imperialium*, quas Speculum Suevicum vocare ſolent, elegantiſſime exarati, ſumma cum humanitate noſtris fecit R. Abbas Maurus, Sodalis Academiæ Boicæ honorarius; quem feliciſſimum Aſpaci reſtauratorem, Muſisque amicum, inter primos operis noſtri promotores gratiſſima mente nuncupamus.

SERIES RR. DD. ABBATUM ASPACENSIUM.

EX MONUMENTIS IDONEIS.

1. Fridericus I. de Siegenheim † 1164.
2. Fridericus II. † 1182.
3. Otto circ. 1188.
4. Heinricus I. † 1251.
5. Rapoto I. † 1224.
6. Arnoldus reſ. 1226.
7. Wikerus I. reſ. 1235.
8. Ortolfus reſ. 1243.
9. Wikerus II. † 1249.
10. Ruedlibus † 1252.
11. Rapoto II. reſ. 1254.
12. Eberhardus † 1256.
13. Herrandus † 1257.
14. Rahewinus † 1267.

15. Bernhardus † 1289.
16. Albertus I. † 1290.
17. Heinricus II. † 1318.
18. Dietmarus † 1335.
19. Udalricus † 1354.
20. Iacobus I. † 1362.
21. Albertus II. † 1378.
22. Iohannes I. † 1389.
23. Iacobus II. † 1428.
24. Iohannes II. † 1449.
25. Wolfgangus I. † 1463.
26. Iohannes III. † 1501.
27. Benedictus † 1508.
28. Adam † 1511.
29. Ægidius reſ. 1527.
30. Chriſtophorus † 1533.
31. Marcus reſ. 1566.
32. Gabriel † 1576.
33. Iohannes IV. † 1584.
34. Wolfgang II. † 1604.

35. Lambertus † 1618.
36. Maurus I. † 1637.
37. Maurus II. † 1657.
38. Matthias † 1660.
39. Innocentius † 1696.
40. Robertus † 1707.
41. Corbinianus † 1739.
42. Marianus † 1742.
43. Æmilianus † 1751.
44. MAURUS III.

MO

MONUMENTA ASPACENSIA.

Codex Traditionum.

Num. I. circa Anno 1140.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus quomodo Matildis de Wirtingen ſe ipſam ſuper Altare S. Mathei Apoſtoli Aſpach tradidit ad cenſum V. denariorum cum filiis & filiabus & nepotibus: hos poſſederant violenter & iniuſte *Chunradus & frater eius Gebehardus de Burchach*, qui abdicaciones eorum fecerunt in manus Friderici Abbatis coram altare. Huius rei Teſtes ſunt, *Dietricus de Hotingen*, *Eberhardus de Burchartingen*, *Chunradus & Gebehardus atque Geroldus de Burchach*, *Heinricus de Sigenhaim*, *Hainricus de Muſe*, *Babo de Skiltarn*, *Lutoldus & Adalbertus de Wihemmertingen*, *Gemundus de Karpheim*, *Adalbertus*, *Sibote*, *Heinricus*, *Bernhardus*, *Wilhelmus*, *Arnoldus*, *Lutwinus*, *Chunradus de Wirtingen*, *Engilbertus*, *Winebertus de Aſpach*, *Heinricus de Hellenheim*, *Willehalmus de Bubleſheim.*

Num. II. Anno 1146.

Egilbertus D. g. Epiſc Babebergenſis in perpetuum. Superne diſpoſitionis nutu, ad hoc paſtoralis cure onus ſuſcepimus ut Eccleſiarum nobis commiſſarum utilitatibus proſpiciamus, neceſſitatibus ſuccuramus, profectibus gaudeamus: qua propter notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam modernis, qualiter nos cooperante domino in idipſum tres Manſos in Tangreintel ſitos Eccleſie ſancti Mathei apud Aſpach delegavimus pro remedio anime mee, meorumque parentum; ob memoriam quoque fundatoris eiusdem loci beate memorie Ottonis Epiſcopi predeceſſo-

ceſſoris mei, atque ob memoriam pie memorie Heinrici Imperatoris Fundatoris Babenbergenſis Epiſcopatus: quorum pia ſolicitudo in omnibus Eccleſiis mei Epiſcopii pauperibus beneficum providit receptaculum. Verum procedente tempore, rogante prefati loci venerabili Abbate Eberhardo, datis per concambium decimis apud Eringen predictos tres Manſos ab eadem Eccleſie recepimus. Et ut hec ſine controverſia rata, & inconvulſa permaneant in poſterum, preſentem cartam inde conſcribi & ſigilli mei impreſſione roborari iuſſimus. Huius rei Teſtes ſunt hii, *Eribo Abbas*, & tota Congregatio ſancti Georgii, Capellani Domini Epiſcopi *Adalbertus & Hermannus*, *Adalberto de Hunrichsdorf*, *Eberhart de Staine*, *& filius eius Eberhardus*, *Luipoldus Viuſintowe*, *Chunradus de Wiſevelt*, *Gotefridus*, *& frater eius Heinricus Aſche*, *Hartlieb de Retendorff*, *Eberhardus Camerarius.* Actum apud ſanctum Georgium Bruviningen anno Domini MCXLVI. Indictione VIII. XII. Kalend. Aprilis anno ordinacionis Domini Egilberti Epiſcopi.

Num. III. circa Anno 1185.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter conſentiente venerabili Babenbergenſi Epiſcopo Ottone cum ſuis quibusdam fidelibus miniſtris, quedam comutatio manſuum & unius molendini confirmata ſit cum fratribus Aſpach tempore Ottonis Abbatis. Pro molendino Eringen manſus unus apud Stainberch comutatus eſt, duo manſus ultra Danubium in Nortenwalde, quos *Dietmarus in Oſterhoven* prius pro beneficio ab eodem Epiſcopo habuit, ſed poſtea ſub teſtimonio & iuramento acceptis V. talentis a fratribus Aſpach conſignavit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli, pro duobus ad Couwerne cum decimacione eorundem comutati ſunt. Duo manſus aput Hohenharde Eccleſie Aſpach pro duobus ad Matechoven pertinentibus comutati ſunt. Huius rei Teſtes ſunt. *Rudolfus*, *Erneſt Presbiter &c.*

Num.

Num. IV. circa Anno 1145.

Sciant fideles in Chriſto nunc, & in futuro quod *Rudolfus* quidam vir honeſtus predium ſuum aput Wiznach, & Manſus duos cum duabus vineis iuxta fluvium Eger, & unum manſum iuxta Wiznach fluvium, & decimacionem unius manſus iuxta Aterſe cum omnibus agricolis, quos prius in beneficio habuit in preſentia Egilberti Bambergenſis Epiſcopi ſuper Altare ſancti Mathie Ewangeliſte Aſpach conſentiente eodem Epiſcopo & banno confirmante delegavit: montem quoque unum Wiznath ſupereminentem cum una Sagena in Aterſe ad utilitatem fratrum idem Epiſcopus Banno confirmavit. Huius rei Teſtes ſunt hii *Ludwicus de Ludepurch*, *Gerhardus de Winchelhaym*, *Adalbertus de Hunrichersdorff. Ezzo Wilehelmus*, *Gotepoldus. Harllipp*, *& frater eius Arnoldus*, *&c.*

Noſcant omnes fideles Chriſti quod quoddam predium Ufheim a fratribus Aſpach XII. talentis comparatum a viro nobili nomine Megingoz ſuper Altare ſancti Mathei Ewangeliſte delegatum ſit, & confirmatum idoneis teſtibus *Udalrico de Tegenheim*, *Luitoldo de Richersheim*, *Marchwardo de Penningen*, *Hainrico Patavienſi*, *& prenotato Megingoz.*

Num. V. circa Anno 1160.

Sciant omnes Chriſtiani, qualiter quedam domina nomine Imzela libera poteſtate per manum propriam tradidit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli predium ſuum aput Scheffowe & vineam aput Gerhalmingen. Cuius rei teſtes ſunt *Gerhardus de Winchelheim*, *Eberhardus de Sigenhaym*, *Bernhart de Gerbretesheim. Rapoto de Etnwelt. Hartmann Otto de Etnwelt*, *Wernhart de Dorſpach. Wolfram & Fridericus de Merenbach*, *Gerboto de Wirtingen*, *Engelbertus de Tanberge*, *Bernhart de Stochheim*, *Ezzel*, *& Hainricus de*

Woppingen, *Waſegrim de Cazheim*, *Wolfbero de Glane*, *Uodalricus*, *& Adalbero de Aſpach.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quomodo *Waltherus*, & frater eius Wolframus per manum cuiusdam nobilis viri *Meginhardi* tradiderunt ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach predium ſuum aput Gemmunteſperch. H. r. t. ſ. *Hainricus de Rithersheim. Udalricus de Puche &c.*

Num. VI. circa Anno 1136.

Sciant omnes Chriſtiani qualiter *Gerhardus* quidam nobilis de *Winchelheim* quidquid poſſeſſionis inibi habuit agrorum ſcilicet, & vinearum, aut nemorum cum omnibus famulis & famulabus ſuis, & locis incultis, coram fratribus & miniſtris Eccleſie Bambergenſis ſuper Altare ſancti Petri delegavit: eo videlicet modo, ut fratres Aſpach nunquam privarentur poſſeſſione illa. Huius rei Teſtes ſunt *Decanus Egilbertus*, *Cuſtos Chunradus*, *Ezzo Rudolfus. Sefrid*, *Capellani Epiſcopi Ottonis. Arnoldus Subcuſtos.* Alii teſtes de eadem poſſeſſione, quomodo Eccleſie Aſpach idem Gerhardus iuramento confirmavit ſuper Altare ſancti Mathei *Adalbero de Hunrichesdorff. Otachar de Wenge. Bernhardus de Luidbach*, *& frater eius Dedalricus de Tegenhem*, *Bertoldus de Pillowe. Rapoto de Podingen. Rudolfus de Hoſterhoven. Gotzwinus & frater eius Rudolfus de Wartberge. Hartlib de Retendorff. Eberhardus de Sigenheim. Hermanus de Purbach*, *& frater eius Pilgrimus de Odlinbach. Gelbof de Rotenman*, *Ruodegerus*, *Megingoz & Udalricus de Hoſterhouen.*

Num. VII. Anno 1148.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus de predio quod ſitum eſt Helleheim, qualiter fratres Aſpacenſes emerint a duobus fratribus Rudegero, & Udalrico quinquaginta

ginta talentis. Hoc predium delegatum eſt a viro nobili *Eberhardo de Sigenheim* ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli. H. r. t. ſ. *Bernhardus de Iulbach*, *Bernhardus de Mosbach*. *Eberhardus de Rora*. *Walchun de Grizbach*, *Dietricus de Pongarten*, *Ortolfus de Clamma*, *Popo de Stupa*, *& frater eius Udalricus*. *Chunradus de Sigeharten*, *Pilgrimus de Richersheim*, *& filius Sororis eius Wolfgkanch*. *Bertholdus Tetilingen*. *Rudigerus de Aheim*. *Heinricus de Helfhowe*. *Alberus de Kircheim*. Hii ſunt, qui per aurem tracti ſunt in teſtimonium. Item *Adelramus de Chirbach*, *Udalricus de Ahuſen*. *Eberhardus de Witerun*. *Dietricus de Routtlisbach*. *Otto de Gengenbach*. *Eberhardus de Sauerſtetten*. Acta ſunt hæc anno Dominice Incarnacionis MCXLVIII. non. Aprilis V. feria. Egilberto Comite Patavie in domo ſancti Stephani.

Num. VIII. circa Anno 1140.

Sciant omnes in Chriſto fideles qualiter quidam *Bertholdus de Okersheim* per manum *Sigebotonis* nobilis viri tradidit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli Aſpach predium ſuum cum Molendino pro XII. Talentis comparatum. H. r. t. ſ. *Rapoto de Holzheheim*. *Sigeboto de Holzeheim*. *Durinch de Schalcheim*. *Heinricus de Wopingen*, *Popo de Diruite*. *Guntherus frater predicti Bertholdi*, *& filius eius Rudigerus Meinhardus de Okersheim*. *Gerboto de Wirtingen*. *Adelbero & Ekkericus de Aſpach*.

Sciant omnes Chriſti fideles, qualiter *Chunradus de Louterbach* per manum *Bernhardi* cuiusdam nobilis viri tradidit ſuper Altare ſancti Mathei predium ſuum ad cenſum XXX. denariorum, quem ipſe perſolveret in vita ſua, poſt obitum eius duo filii eius cenſum quadraginta denariorum usque ad mortem illorum darent. H. r. t. ſ. *Bernhardus de Louterbach*. *Hermannus de Purpach*. *Rapoto de Holzeheim*. *Eberhardus de Sigenheim*, *Lutoldus Durinch*. *Chunradus idem qui tradidit*.

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter quedam Helica nomine cum unico filio de Tobelheim predium ſuum per manum cuiusdam nobilis viri *Meginhardi* ſuper altare ſancti Mathei Aſpach delegavit. H. r. t. ſ. *Sigeboto de Holzeheim &c.*

Noſcant omnes Chriſti fideles quomodo quidam *Heinricus* cum uxore ſua Truita agrum quendam aput Scefowe per manum cuiusdam *Ezelonis* tradidit ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach. Teſtes ſunt *Durinch de Schalheim*, *Ezelo de Wopingen. Reginpolt de Wihenmertingen. Mazeli de eodem loco.*

Num. IX. circa Anno 1150.


Notum ſit tam futuris quam modernis quomodo Helica ſoror *Rudigeri* & *Udalrici* cum omnibus filiis ſuis abnegacionem fecit de predio aput Helenhem ſito. Huius rei Teſtes ſunt *Pernhard de Louterbach*, *Rapoto de Holzeheim. Eberhardus de Sigenheim, Heinrich de Sulzbach. Eberan & fratres eius Lutoldus & Werint de Sauerſteten*, *Chunradus de Sighartingen*, *& Ortolfus cognatus eius. Sigboto de Portsheim. Hainricus de Taleheim*, *Wintherus*, *& Pilgrimus de Wolheim. Udalricus*, *& Adalbertus de Weſternbach. Hoholt de Munnheim*, *Marcuuart de Rore. Oudalricus de Publeshem. Durinch de Schalken. Adalbero. Pernhartt. Wernhart de Monſture.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam modernis qualiter *Cotoldus de Sauerſteten* cum uxore ſua *Mathilde* poſſeſſionem aput Crodenheim, ſitam pro poſſeſſione aput Ludterbach commutavit, atque delegavit ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri *Rapotonis* facta abnegatione ab omnibus ſilvis ſuis in preſentia Adalrami advocati. Huius rei Teſtes ſunt *Rapoto de Louterbach*, *Adalbertus filius Adalrami Advocati*, *Heinricus de Heiphowe*, *Ludtoldus*, *Eberan*, *Werint de Sauerſteten*, *Oudalricus & Pertholdus de Weſterbach*, *Pertholdus de Louterbach*, *Goteſchalcus*,

&

Boic. Vol. V. pag. 106.





& Ortwinus de Anninkirgen, *Marcwardus de Wolſha*, *Marcwardus de Swiber*, *Adalbertus de Winenmertingen. Ingram de Techenbach*, *Lutwinus de Wopingen*, & alii quam plures.

Num. X. circa Anno 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles quomodo fratres de Aſpach concambium fecerunt cum quodam *Gebolſo de Geliſpach*, predium ei dant : ad Capſsheim pro predio ad Teckenbach, & ad Hadeligen, quod delegatum eſt ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli per manum nobiliſſimi viri Rapotonis. H. r. t. ſ. *Pernhardus & Rapoto de Ludterbach*, *Reginbertus de eodem loco*, *Eberhardus de Sigenheim*, *Ludtolfus de Michersheim*, *Durinc de Stalheim Oudalricus*, *Sigifridus de Bublisheim*, & multi alii.

Noſcant omnes Chriſti fideles qualiter fratres de Aſpach concambium facientes cum quodam *Rapotone* nobili viro de *Luterbach* predium ei dederunt in ante dicto loco, & dimidium talentum; accipientes ab eo predium ad Steinperch. Teſtes ſunt huius rei. *Gozwinus de Hoſterhoven. Reginbertus de Luterbach*, *Oudalricus*, *Sigfridus*, *Heinricus fratres de Bublisheim. Hainricus & Eberhardus de Aſpach*, & alii plures de familia Eccleſie noſtre.

Num. XI. circa Anno 1150.

Notum eſſe cupimus tam preſentibus, quam futuris, quomodo *Hermannus de Huthenheim* tradidit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli Aſpach predium, quod habuit Purnbach per manum nobilis viri *Rapotonis.* H. r. ſ. Teſtes *Rapoto de Ludterbach*, *Eberam & filius eius Lutoldus de Sauerſteten*, *Adelhamus de Carpheim*, *Idigungus de Sigenheim*, *Rettenbertus de Lutterbach*, *Oudalricus*, *Sifridus*, *Heinricus de Bublsheim*, *Hainricus & Eberhardus de Aſpach*, *& familiares Eccleſie noſtre.*

De abdicatione vero, quam filia eius Chunigunt & Oudalricus vir eius ſecerunt ſuper eadem poſſeſſione, iſti ſunt Teſtes. *Rapoto de Luterbach*, *Oudalricus de Huthenheim*, *Adelramus de Carpheim*, *Idungus de Sigenheim*, *Hermanus de Richersheim*, & alii plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Meginhardus* nomine de *Holzheim* predium quoddam in eodem loco delegavit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli Aſpach ad filiam ſuam Erbelint. H. r. t. ſ. *Arnoldus*, *& Sigboto filii eius Bernhart & Rapoto de Luterbach*, *Pero*, *& Eberhardus de Sigenheim*, *Gere*, *& Wilehalmus de Aihka*. *Meginhardus & Heinricus de Aſpach*. & alii plures de familiaribus Eccleſie.

Num. XII. circa Anno 1150.

Noſcant tam preſentes quam futuri quod quidam *Dietricus de Holzheim* predium quoddam in eodem loco delegavit ſuper Altare ſancti Mathei Apoſtoli per manum nobilis viri Meingardi. Teſtes ſunt *Arnoldus & Sigboto*, *Pernhart & Rapoto de Luterbach*, *Pero*, *& Eberhart de Sigenheim*, *Gere & Willewaldus*, *Hallinus de* Aichke, *Luttoldus de Rechershaim*, *Dedalricus*, *Sigfridus de Bublshaim*, & multi alii de familia Eccleſie noſtre.

Num. XIII. circa Anno 1150.

Notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Ekkericus de Ruth* predium quod inibi habuit, tradidit per manus *Goteboldi de Hoſterhoven* eo videlicet pacto, ut delegaret ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach, quod factum eſt in preſentia Eberhardi Epiſcopi Babenbergenſis. Huius rei Teſtes ſunt, idem *Gotebol-dus*, *Gozwinus quoque de Hoſterhoven*. *Arnoldus de Zwiſilisberc*, *Giſilbertus & Bruno de Waſſenberch*, *Eberhart de Steinheim*, *Arnolt de Atergendorff*, *Ratto de Palmesdorff*, *Adalbertus de Walde*, *Elle de eo-*

dem

dem loco. Supra dictus vero Goteboldus delegavit idem predium ſuper Altare ſancti Mathei. Teſtes ſunt idem *Goteboldus Rudigerus*, *Dedalricus de Hoſterhoven*, *Sifridus Hainricus*, *Pilgrimus de Bublsheim*, *Heinricus & Eberhardus de Aſpach*, & alii plures.

Sciant omnes Chriſto credentes, quod *Altmannus de Tunratingen* predium quod in eo loco habuit, tradidit ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach per manum nobilis viri Bernhardi. Teſtes ſunt huius rei, *Bernhardus Rapoto*, *Reginbertus de Lueterbac*, *Hermannus de Huchenheim*, *Ezelo de Burbac*, *Ermirich de Sulzbac*, *Dedalricus*, *Sifridus*, *Heinricus de Bublsheim*, *Heinricus*, *Eberhardus*, & *Meginhart de Aſpach*, & alii multi.

Eodem in loco Rigilint & filii eius vendiderunt predium ſuum aput fratres Aſpach pro XX. ſolidis, quod delegatum eſt ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri Rapotonis. H. r. t. ſ. *Rapoto*, *Reginbertus de Luterbach*, *Wicmann de Tunratingen*, *Dedalricus*, *Sifridus*, *Heinricus*, *Pilgrimus de Bublsheim*, *Heinricus*, *Eberhart de Aſpach*.

Num. XIV. circa Anno 1150.

Noſcant tam preſentes quam futuri, qualiter *Bernhardus*, & uxor eius *Agatha de Tobelheim* predium, quod ibi habuit, delegavit ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri *Marcwardi de Iſerlingen* ea condicione ut ipſe & uxor eius antedicta illud haberet usque ad mortem ſuam, ſi heredem non haberet libere fratres hoc poſſiderent. H. r. t. ſ. *Rapoto de Luterbach*, *Marcwardus ante dictus Nithardus de Toblheim*, *Marcwardus de Rore*, *Marcwardus de Hevelden*, *Marcwardus de Peningen*, & familiares Eccleſie noſtre.

Notum ſit tam modernis quam futuris quomodo *Kathelhoh de Bubelsheim* predium quod habuit in eodem loco tradidit ſuper Altare

 tare

tare ſancti Mathei per manum *Adelrami de Chambe*. Teſtes ſu[illegible] huius rei *Bernhart Raposto de Luterbach*, *Eberhart de Sigenheim*, *G*[illegible] *re*, & *Willhelmus de Aicha de Purpach*, *Ezelo de Flukkenheim*, *D*[illegible] *rinch de Schalcheim*, *Adalbero de Aſpach*, & familiares Eccleſie noſtre

Num. XV. circa Anno 1150.

Omnibus Chriſti fidelibus notum ſit, quomodo fratres de Aſpach dimidium manſum agri & dimidium ſilve ad Grizbaz emerunt novem talentis a quodam Clerico Geldolfo nomine, quod delegatum eſt a nobili viro *Eberhardo de Sigenhaim* ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach. Huius rei t. ſ. *Eberhardus & Pero de Sigenheim*, *Idungus de eodem loco Adelhamus de Carpheim*, *Hunoldus Raposto*, *Bernhart de Luterbach*, *Pilgrimus de Puchersheim*, *Kadelhot de* [illegible], *Megenhardus & Heuricus de Aſpach*, & alii quam plures.

[illegible] omnes Chriſti fideles qualiter *Swenhilt de Bittelſpach* [illegible] fecit cum fratribus de Aſpach; predium ſuum ad Gem[illegible] pro predio Tinuentolbe, accepto talento uno & [illegible] ſuorum filiorum. Quod delegatum eſt per [illegible] *de Holzheim* ſuper Altare ſancti Mathei, [illegible], *Eberhart de Sigenhaim*, *Bernhart Ra*[illegible] *de Rore*, *Dodalricus & Sigfridus de* [illegible], & alii plures.

Num. XVI. circa Anno 1150.

N[illegible] futuri, quomodo *Geroldus* quidam [illegible] ad Othershaim tradidit ſuper Altare [illegible] talentis per manum nobilis viri [illegible] *Raposto de Luterbach*, *Adelramus* [illegible], *Bernhart de Otterbach*, [illegible], & alii quam multi [illegible]

Notum ſit omnibus Chriſtianis qualiter *Matildis de Porteshaim* predium quod habuit ad Schiltarum tradidit ſupe Altare ſancti Mathei Aſpach per manum nobilis viri *Eberhardi de Sciltarn.* H. r. t. ſ. *Eberhardus qui tradidit*, *Eberhardus de Sigenheim*, *Sigboto & Hermanus filii ipſius Matildis*, *Imgram & Hutoldus de Walchow.*

Sciant tam preſentes quam futuri qualiter *Eberhardus de Siltaren* tradidit predium ſuum ad Beneventenruth ſuper Altare ſancti Mathei Aſpach. T. ſ. h. r. *Eberhardus de Sigenheim*, *Adelhamus de Corpheim*, *Idungus de Sigenheim*, *Lutoldus de Richersheim*, *Kadelhoh & filii eius Udalricus & Sigfridus de Bubelsheim*, *Adalbero & Meginhardus de Aſpach*, & multi alii.

Num. XVII. circa Anno 1134.

Notum eſſe cupimus omnibus in Chriſto fidelibus qualiter Hermanus Auguſtenſis Epiſcopus predium, de Aſpach videlicet, & manſum unum cum miniſterialibus ſuis Heldolfo & privigni Luduwico, & Adalberone & matre eorum Piza ac ſorore Adelheide tradidit in manus *Macelini Advocati de Kambe* eo ſcilicet pacto ut ipſe delegaret ſuper Altare ſancti Mathei. H. r. t. ſ. *Dietricus de Pongarten. Adelramus*, *Walchun*, *Adelbertus de Utendorff. Meginhardus de Holzheim*, *Eberhardus de Rore Bernhart*, *& Uto & Rapoto de Luterbach*, *Regingerus de Pirnpa*, *Hildebolt de Gamhartesdorf Eberhart de Sigenheim*, *Hermanus de Hukenheim*, *Ezelo de Purbach*, *Pilgrimus de Chumlbach*, *Heinricus de Richersheim*, *Adelhamus de Corpheim*, *Idungus de Sigenheim.* Idem predium & predictos homines idem Mazelinus delegavit ſuper Altare ſancti Mathei ſecundum petitiones predicti Epiſcopi Hermani. T. ſ. *Rapoto Comes de Ortenberch*, *Uto*, *Hunoldus*, *Bernhart*, *Rapoto de Luterbach*, *Meinhardus & filii eius Arnoldus*, *& Sigboto de Holzheim*, *Regingerus de Pirmpach*, *Willehalmus & filii eius Pero & Eberhard de Sigen.*

Sigenheim, *Hermannus de Hukenheim*, *Ezelo de Purbach*, *Adelhamus de Corphein*, *Idungus de Sigenheim*, *Udalricus & filii eius Durint & Ezelo de Wopingen*. *Adalbero*, *Heinricus*, *Meginhardus de Aſpach*.

Noſcant omnes Chriſtiani quomodo *Adelrammus de Varenberch* predium ſuum, quod inibi habuit, manu propria ſuper Altare ſancti Mathei. T. ſ. *Rapoto de Luterbach*, *Durint de Tobole*, *Hainricus*, *Wolfgerus*, & *Heinricus de Aſpach*.

Num. XVIII. Anno 1157.

Sciant omnes Chriſti fideles qualiter *Heinricus de Prunnen* tradidit predium quod habuit ad Ockersheim per manum *Rapotonis* nobilis viri ſuper Altare ſancti Mathei acceptis quatuor talentis a fratribus Aſpach. T. ſ. *Rapoto & Pabo filius eius de Luterbach*, *Wolfgangus & Sigboto de Pirmpach*, *Marcwardus de Rore*, *Regimhardus & Guntherns de Ockersheim*, *Udalricus & Adalbertus de Weſternbach*, *Lutoldus de Richersheim*, *Udalricus de Rickersheim*, *Kathelhoh Reimfridus de Municheim*, *Heinricus de Gorkeim*, *Hermannus de Hukenheim*, *Erhinboldus de Niuheim*, *Syfridus*, *Heinricus*, *Udalricus Perimgerus*, *Pilgrimus de Publsheim*, *Heinricus Eberhardus*, *Heinricus Arnoldus de Aſpach*. Acta ſunt anno Incarnacionis Domini MCMVII. quarta dominica poſt Paſca in preſentia Friderici Abbatis.

Notum ſit omnibos Chriſti fidelibus qualiter *Oſpiren de Swene* tradidit propria manu ſuper Altare ſancti Mathei pratum in Waltenbuhent pro remedio anime viri ſui Conradi. H. r. t. ſ. *Fridericus de Sigenheim*, *Cunradus filius predicti Cunradi de Swene*, *Adelhamus de Corpheim*, *Ingram de Grizbach*, *Idungus & Eberhardus de Sigenheim*, *Udalricus de eodem loco*. *Geroldus & filius eius Luipoldus de Owenheim*. *Heinricus & Eberhardus de Aſpach*.

Num.

Num. XIX. circa Anno 1156.

Notum eſſe cupimus omnibus Chriſtianis, qualiter *Fridericus de Sigenheim* predium ad Elnhenbach tradidit ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri *Eberhardi de Sigenheim*. T. ſ. *Eberhardus, qui tradidit, Idungus, & filii eius Lutoldus & Rawinus. Adelhalmus de Corpheim, Bruno de Waſſenberch, Bertoldus de Watenberge. Heinricus de Helfhowe, Adele de Poſſemunſtere, Geroldus & filius eius, Luipoldus de Howenheim, Hermanus de Huchenheim, Hermanus de Richersheim, Udalricus de Berge, Sigfridus, Hainricus, Udalricus, Beringerus, & Pilgrimus de Bubelsheim, Heinricus, Eberhardus Arnoldus, Heinricus de Aſpach.*

Sciant omnes Chriſtiani quomodo *Bernoldus de Burbart* tradidit predium ſuum in eodem loco ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri *Wilehalmi de Aiche*. T. ſ. *Rapoto de Holzheim & filius eius Babo. Willehalmus qui tradidit, Idungus de Sigenheim & filius ſuus Rawinus. Meynhardus de Ochersheim, Udelſcalc & frater eius Gerboto de eodem loco, Eberhart de Holzheim, Geroldus & filius eius Lutpoldus de Howenheim, Sigfridus, Hainricus, Udalricus, Beringerus, Pilgrimus de Bublsheim, Heinricus, Eberhart, Arnoldus, Heinricus de Aſpach.*

Num. XX. circa Anno 1160.

Omnibus in Chriſto fidelidus manifeſtamus quomodo Eliſſa & eius ſorores Adelheitt & Friderun filie *Rapotonis de Luterbach* tradiderunt predia ſua ad Sweine, ad Volkersheim ad Holzheim ſuper Altare ſancti Mathei per manum nobilis viri *Warmundi de Heſte*. H. r. t. ſ. *Warmundus qui tradidit Emrich de Sulzbach, Babo de Holzheim, Bertoldus & Udalricus de Hirzlach, Ezelo de Wopingen, Heimo de Berge, Marcwardus de Peningen, Adelhalmus de Tegenheim, Bertoldus Sweine, Ezelo de Volckersheim, Men-*

goz

goz de Cunratingen. Siceman de Hellenheim, *Arnoldus de Aſpach*, *Adelbero de Burbac*, *Arnoldus de Bublsheim.*

continetur, donationem dicte Capelle ad idem Monaſterium factam ratam habere, atque confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Nos igitur predicti Domini Alberti precibus favorabiliter inclinati, dictam donationem de conſenſu Capituli noſtri Patavienſis & ratam tenemus, & auctoritate Dieceſana in nomine Domini approbamus, auctoritate ſimili ſtatuentes, ut anniverſarii celebritates, atque ſuffragia, que dictus Comes pro anime ſue remedio procuravit, in eodem Monaſterio perpetuo peragantur, & ſicut in literis predicti Abbatis & Conventus ſui expreſſum eſt, fratribus conſolationes debite obſerventur, ad quod etiam omnes Abbates in dicto Monaſterio ſucceſſuri in electione ſui iuramento preſtito ſe aſtringant. Quod ſi fortaſſe in poſterum dicta ſuffragia, conſolationes atque anniverſarios ſicut expreſſi ſunt, in predictis literis contigerit non verſari, predicte capelle ius patronatus ad dictum comitem, vel heredes ſuos libere cum ſuis attinentiis revertetur, & per eum, vel heredes ſuos alteri pro loco, prout expedire viderit, tribuetur, quod etiam faciet Patavienſis Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, ſi quando in poſterum contigerit, dictum comitem, heredem ſuperſtitem non habere, & ut predicta omnia eluceſcant, predictas Abbatis, & Conventus literas preſentibus duximus inſerendas, quarum tenor per omnia talis eſt:

Nos Wernhardus Dei gratia Abbas Eccleſie ſancti Mathei totusque Conventus eiusdem loci omnibus hanc literam inſpecturis. Diuturna ſucceſſio temporum rerum geſtarum delet memoriam, niſi ſtabiliatur per literas, ideo tenore preſentium ad perhennem omnium noticiam cupimus pervenire, quod Dominus Albertus dictus Comes de Hals Advocatus noſter felicem tractatum inſpirante divina gratia ob ſalutem anime ſue, & remedium omnium parentum ſuorum tam ſuccedentium, quam etiam eorum, qui feliciter deceſſerunt, taliter nobiscum contraxit, ut ſingulis annis

in

in die ſancti Martini duas ſcaphas landavenſes inveſtiat de anona, qua Conventus eodem anno ſuſtentetur, & duos porcos quoslibet valentes decem ſolidos pauperibus erogandos, Conventui vero unum cum alleciis, & ovis cedet de noſtris poſſeſſionibus, ſingulis annis tempore ſubnotato, qualibet ſeptimana una die circa veſperas vigilia mortuorum in medio Monaſterio, ubi eſt fundatio Altaris in honorem ſancti Ioannis Ewangeliſte, ſancti Georii Martiris, & ſancte Katharine Virginis & Mart., ſequenti die Miſſa pro defunctis per Conventus preſentiam perſolvetur, niſi magne feſtivitates in ebdomate, ut dies Nativitatis Domini, & Reſurrectionis, & Pentecoſtis id ipſum interceperint, quo facto eodem die Conventui quartale vini de urna Patavienſi adminiſtrabitur, & fratri cuilibet duo ova cum cottidiana prebenda; que ex hac conſolatione nullatenus minuetur. In quadrageſima vero ſingulis diebus ad predictum Altare, quod ſitum eſt in medio Monaſterio, placebo Conventus decantabit, nichilominus una dierum in ſeptimana Miſſa pro defunctis per Conventus preſentiam perſolvetur, cui ſcilicet Conventui per quadrageſimam qualibet die quartale vini de urna Patav. & cuilibet fratri cum prebenda cottidiana adminiſtrabitur allec unum, quapropter memoratus Dominus de Hals, Albertus Comes Advocatus noſter in reconpenſionem dicte elemoſine, que perpetuo durabit, Eccleſiam ſuam in monte ſancti Georii in Plaichenberge cum dote, & advocatia cum omnibus attinentiis ſuis requiſitis, & irrequiſitis ad Altare ſancti Mathei Patroni noſtri nobis, & Eccleſie noſtre contulit, perpetuo poſſidendam. Advocatiam vero eiusdem Eccleſie ſibi recommittimus tali forma, ut eandem ipſe Eccleſiam, vel ſui liberi, vel nepotes ſibi ſuccedentes cum omnibus attinentiis ſuis protegant, & defendant, que tuitio, ſi per ſuos irrationabiliter infringeretur, advocatia iam prefate Eccleſie ad nos libere revertatur, Eccleſia ſine omni exactione eſt, ſed propter Deum principaliter defendenda, memo-

ratam elemoſinam hoc anno, ac deinceps ſingulis annis perpetuo plenarie ſicut prelibavimus, fideliter perſoluemus. Ceterum dicta elemoſina in depoſitionis ſue die, qua anniverſarius eius erit pro remedio ſui, & uxoris ſue Elizabeth iam viventis, & duorum defunctorum, Alhayde, & Agnetis, & puerorum ſuorum, & omnium parentum ſuorum, & eorum, qui ſuis beneficiis, ſeu predicte elemoſine ſe implicaverunt, diſtribuetur eternaliter in ipſo die, in quo etiam Conventus, ſicut ſolitum eſt in honeſtis anniverſariis, albo pane, vino, & piſcibus, & ovis conſolari debet. Adicimus nunc, & promittimus, quod omni ſeptimana die Dominico feria quarta, & feria ſexta divinum officium in monte ſancti Georii in Plaichenberg faciemus Domino concedente, preterea, ut ſupradicte elemoſine conſolatio rata ſempiternaliter habeatur, compromiſimus ex utraque parte, quod quamcunque viam venerabilis Dominus noſter Epiſcopus Patavienſis ſuper eo invenerit, a nobis, & a poſteris noſtris firmiter obſervetur. Ut autem hec collatio felicis ſui propoſiti firmiter maneat, & integra, & ne alicuius temeraria preſumptio eiusdem collationi valeat obviare, preſens ſcriptum ſigilli Conventus noſtri munimine duximus roborari. Huius autem tractatus Teſtes ſunt: *Gotfridus Prepoſitus Patavienſis*, *Wolfkerus Decanus*, *Ulricus de Stiria*, *Siboto de Bamberg*, *Hainricus de Inne* Eccleſie noſtre Canonici, *Hainricus de Radekke*, *Pero pincerna de Antzenchirchen*, *Wernhardus de Murring*, *Minhalmus de Watzmenſtorf*, *Pilgrimus pincerna* milites Eccleſie noſtre, *Dietricus de Paungarten*, *Hainricus de Horbach*, *Leupoldus de Ekkardinge*, *Ulricus de Hauzenperge*, *Eberhardus*, & *Otto fratres de Eſenhaim*, *Fridericus de Egloffhaim*, *Tirolfus officialis de Oſterhoven*, *Gotfridus de Huſen*, *Ulricus de Furt*, *Rudigerus de Monte*, *Otto Rex*, *Eberhardus de Prukberch*, *Veſtenwergarius*, *Ekhardus de Gottendorf*, *Gerhohus de Ranvils*, *Chunradus*, *Fridericus de Bragenowe*, *Chunradus de Gotſcalsreute*, & alii quam plures, qui intererant huic facto.

In

In cuius rei teſtimonium litteras preſentes noſtro, & capituli noſtri, cuius etiam conſenſus acceſſit, nec non predictorum Domini *Alberti* comitis *de Hals*, & Conventus in Aſpach ſigillorum munimine fecimus roborari. Datum Patavie An. Dom. MCCLXXXII. die Dominica in octava Paſche Amen.

Num. LX. Anno 1318.

Anno Domini M. CCC. X. in die beati Poncratii Martyris tempore regiminis Hainrici Abbatis Eccleſie ſancti Mathei in Aſpach, *Wernhardus de Scalchaim* veniens ad Monaſterium in Aſpach hubam ſuam in Reut, & feodum ibidem, quod dicitur Vorſtlechen cum publica taberna, decimam quoque ibidem & nemus, quod hiis adiacet, cum Advocatia eorundem bonorum, que ad ipſum Schalchaimerium proprietatis titulo pertinebat, fratribus dicti Monaſterii provida deſuper deliberatione prehabita, iure proprietario pro centum talentis Patavienſibus vendidit & donavit: tali videlicet ſub conditione, ut ipſe Wernhardus de Schalchaim preſcripta ſua bona in Reut cum univerſis proventibus in ſpacio VIII. annorum rurſus emendi meram & liberam habeat facultatem, transactis vero annis VIII, defuncto pie memorie Domino H. Abbate anno videlicet Domini M. CCC. XVIII. Ditmarus venerabilis Abbas eiusdem Monaſterii, qui ſucceſſit electione Canonica, poſt variam, & longam concertationem utriusque, datis quatuordecim libris ſepe dicto Wernhardo de Schalchaim ipſe bona ſua ſororibus ſuis & reliquis amicis voluntarie conſentientibus, immo favorem preſtantibus ſuper Altare ſancti Mathei in Aſpach, nullo alio reclamante per manus impoſitionem perpetuo delegavit. Intererant autem huic facto teſtimonium perhibentes *Fridericus de Sigenhaim*, *Richkerus frater eius Otto de Sigenhaim*, *Wernherus de Rueſtorf*, *Wulfingus de Ror. H. de Richershaim*, *Ditricus Chatzbekh*, *Eberhardus de Eſenhaim*, *Sighardus miles de Aufhauſen*, *Eber-*

Eberhardus Puchler, *Eberhardus Preuzz*, *Chunradus de Tobelhaim*, *&c.* & alii plures.

Num. LXI. Anno 1321.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, quod vir diſcretus venerabilis Dominus dictus Abbas in Aſpach, anno inquam Domini M. CCC. XXI. regiminis ipſius II. comparavit curiam in Sigenhaim liberam ab omni advocatia cum univerſis ſuis pertinentibus, a quadam domina dicta Elizabeth filia Domini *Hainrici de Sigenhaim* pro LXX. libris Patavienſis monete ea ſub conditione, ut ipſa curia perpetuo fratribus Monaſterii ſancti Mathei in Aſpach cum ſervitiis tam maioribus, quam minoribus ſine omni contradictione heredum ſuorum deſerviat libere & quiete. Hec autem curia delegata eſt a viro nobili libero de Paumgarten ſuper Altare ſancti Mathei in Aſpach. Teſtes ſunt Dominus Prior *Sifridus* & alii, *Dominus Reithgerus de Sigenheim*, *Fridericus & Otto fratres ſui*, *Perchtoldus de Sigenheim*, *Hainricus de Preming*, *Hainricus de Schalran*, *Chunradus Sulzbekh*, & alii multi, qui omnes interesrant huic facto; Servitium eiusdem curie XL. mete ſiliginis XX. mete tritici, & XX. mete avene V. mete ordei V. leguminum, unam metam papaveris, duo maiores porci, quatuor anſeres VIII. pulli in paſcha, C. Ova VI. Caſeos in pentecoſte LX. Ova VI. Caſeos in nativitate Domini ſex caſei tantum.

Num. LXII. Anno 1322.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis, quod vir diſcretus *Otacharus de Schalichaim* pro remedio anime ſue ex preconcepta devotione volens ſaluti ſue providere anime, que cunctis eſt opibus pretioſior, duo predia, unum in Hinterhag, aliud in Reichershaim libera ab omni Advocatia tradidit & delegavit ſuper Altare ſancti Mathei in Aſpach, nullo ſuo-

rum

rum heredum reclamante, in uſus fratrum Deo ibidem ſervientium libere & quiete perpetuo poſſidendam. Hec autem facta ſunt preſidente venerabili Domino dicto Abbate anno regiminis ſui III. Teſtes ſunt Dominus *Wernhardus* Prior, *Sifridus*, *Chunradus*, & alii. Laici vero *Chunradus de Poppenberg*, *Wernhardus de Chircherſteig fratres ſui Griffo*, *Ortolfus*, *Marchardus*. *Chunradus Sulzbech*, *Hainricus de Prenning*, *Hainricus Schakan*, & alii multi. Acta ſunt hec anno Domini M. CCC. XXII. Servitium predii de Reichershaim XII. mete ſiliginis III. mete tritici in tribus feſtis, videlicet, paſca, pentechoſtis, & in nativitate in quolibet horum II. caſei ſolvuntur.

Num. LXIII. Anno 1321.

Sciant omnes Chriſti fideles, tam preſentes, quam futuri, quod fratres ſancti Mathei Monaſterii in Aſpach, preſidente viro honorabili Domino Heinrico Abbate dicti Monaſterii, immo opem & operam ſollicite preſtante, eis Rotam fluvium aquam Piſcatoriam prope molendinum, quod dicitur Sigenheim, ſub & ſupra terminis certis ſe extendentem, emerunt a quadam domina relicta pie memorie Domini *Heinrici de Sigenheim* pro XXIIII. libris Patavienſibus. Mors interim ſeva, cuius mens eſt amara memoria, virum diſcretum Dominum H. Abbatem viſibus humanis quia ſubduxit, & ſupradicta Domina de Sigenhaim, poſt aliquorum temporum curricula, non habent facultatem redimendi piſcationem nuper nominatam, liberam ab omni iure heredum ipſarum, Domino Dittmaro qui ſucceſſit regimini Eccleſie in Aſpach ſepe nominate, acceptis amplius ab eo XVI. libris Patavienſibus tam ipſa, quam filie ipſius ſuper Altare ſancti Mathei liberam per manus impoſitionem tradiderunt. Hec autem piſcatio delegata eſt a viro nobili libero de Paumgarten, hiis teſtibus ſubnotatis, videlicet *Domino Friderico de Sigenheim*, *Domino Reichkero fratre ipſius*, & aliis. Finalis emptio & traditio facta eſt anno Domini M. CCC. XXI.

Servitium autem piſcationis eſt iſtud: omni videlicet ebdomate per anni circulum piſcetur, qui XII. denarios Patavienſes equipolleant, poſſeſſor ipſius nobis tenetur miniſtrare; preterea in quatuor temporibus per duos dies piſces in predicta ſumma nobis ſolvere non recuſet, amplius vero in XL. tribus in ebdomate diebus, videlicet feria II. quatuor & VI. piſces ſummam predictam concludentes nobis ſervire tenetur indilate.

EXPLICIT FELICITER.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Concambium cum Epiſcopo Ratiſpon. An. 1162.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, ego Chuno divina favente clementia Ratisponenſis Eccleſie Epiſcopus. Paſtoralis officii cura nobis commiſſa hoc exigit, ut omnium ſubiectorum noſtrorum, & maxime Religioſorum neceſſitudine temporali ſubvenire debeamus, ut illorum quam habent apud Deum bonorum habundantia, noſtra poſſit ſublevari inopia. Per quelibet igitur tempora omnis cognoſcat generatio ſucceſſoria, de quodam concambio inter nos, & Dominum Abbatem Fridericum de Aſpach ordinabiliter facto, decimas namque, quas in locis iſtis habuimus, videlicet in Pubelshaim, & in Penningen, & in Volkershaim, Monaſterio ſancti Mathei in Aſpach tali concambio perpetuo iure tradidimus, quod pro predictis decimis iam dicto Abbate de bonis ſui Monaſterii duos manſos de agris cultis, & de ſilvis tres in loco, qui vocatur Schiltarn, & manſum unum de agris cultis, & alterum de ſilva in loco, qui dicitur Chrodehaim, & in Engelharzhaim unum manſum in ius legitime commutationis recipimus, ſed quia in hac comutatione non videbatur nobis ſufficere manſus, qui in Engelhartzhaim nobis eſt oblatus, pro eodem manſu *Wergant de Ruontingen* rogatu Advocati Aſpacenſis Eccleſie *Walchonis de Cambe*, curtem in Leimkart ſuper Altare beati Petri cum predictis bonis de Eccleſia ſancti Mathei tradidit. Sic & nos conſenſu, & preſentia Advocati noſtri *Comitis Gebhardi de Sulzbach* predictas decimas ſupradicto nominato dedimus Monaſterio. Ut autem ſuper hoc concambio omnibus calumpniatoribus omnis iniuſta tollatur cauſatio, ſeptem de Miniſterialibus noſtris iuriſiurandi religione a nobis interrogati dixerunt, hanc plenam & legitimam

 timam

timam traditionem eſſe, & omni tempore intemeratam poſſe, & debere ſervari. Miniſterialium autem nomina ſunt hec, *Leutolt*, *Oudalricus de Wirtingen*, *Hemio de Perge*, *Leutold & Babo de Weichmertingen*, *Marcwardus de Hevelden*, *Adelramus de Schefauge*. Nequa vero ſpiritualis ſecularisve Perſona iſtud concambium immutare preſumat, ipſum multorum teſtimonio confirmamus, & noſtri officii banno ratum habere precipimus, & ne a fide, & memoria ſucceſſorum noſtrorum hec commutatio poſſit excidere, hanc inde kartam conſcribi, & ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Interfuerunt autem huic commutationi hii Teſtes, *more Pavarico* omnes per aurem tracti. *Comes Gebhardus de Sulzbach*, *Comes Heinricus de Frantenhauſen*, *Dux Chunradus de Dachouve*, *Wergant de Roumtingen*, *Hainricus de Ranſawe*, *Oudalricus Vicedominus*, *Sighardus de Eberſpeunt*, *Nizo de Raitenbuch*, *Roudigerus de Valkenſtain*, *Hawart de Munar*, *Dietricus de Mozzingen*, *Chuno de Brennenberch*, *Adalbertus de Otingen*, *& filius eius Adalbertus*, *Chuno de Honedorf*, *Oudalricus de Tierhaubtin*, *Erchengerus de Mutina*, *Selprat de Frantenhauſen*, *Hertwick de Prukke*, *Arnolt de Wolze*, *Arnolt de Mura*, & alii quam plures. Ego Chuno Ratisponenſis Eccleſie Epiſcopus ſubſcribo, ego Heinricus Prepoſitus maioris Eccleſie, ego Hermannus, ego Gerungus, Archipreſbiter & Plebanus, ego Otto, ego Chuno, ego Hermanus Capellanus, ego Egilloſus, ego Meriboto, ego Burchardus, ego Heinricus, ego Lantfridus, ego Oudalricus, ego Gebhardus, ego Oudalricus, ego Brimo, ego Heinricus, ego Perchtoldus, ego Belletus Scolaſticus, & factum eſt hoc concambium Anno ab Incarnatione Domini noſtri IEſu Chriſti MCLXII. indictione quarta, menſe Feb. VII. idus in Civitate Ratisponenſe Imperatore Friderico regnante, Duce Heinrico Bavariam regente.

Num.

Num. II. Concambium inter Epiſcop. Ratisbonen., & Aſpacenſe Monaſterium. An. 1163.

Hartwicus Epiſcopus Dei gratia Ratisponenſis Eccleſie, Friderico Aſpacenſi Abbati, & ſucceſſoribus eius, & fratribus ibidem Deo militantibus in perpetuum. Loca divinis obſequiis mancipata manutenere, & fratrum illic Deo ſervientium profectibus providere, & eorum incomoda modis omnibus declinare, non ſolum laudabile, ſed etiam ſaluberrimum eſt, inde eſt, quod nos cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod cuidam fideli noſtro *Rapotonis* Comitis miniſteriali, *Friderico* ſcilicet *de Sigenhaim* manſum unum apud Beningen ſitum in beneficium conceſſimus, & is habitationis proprie menia conſtruere diſpoſuit; timentes autem fratres Aſpacenſes cohabitationis vicinitatem, propter cottidianam vexationem rogaverunt nos, ut pro illo ſolo predio triplum alibi de ſuis prediis reciperemus. Quorum peticioni annuimus, convocatis, & miſſis Miniſterialibus noſtris *Eberan de Sauerſteten*, *Adilbero de Weichimerting*, *Haimone de Berge*, *Adelrammo de Scheſſaw* ad predia illa eſtimanda, & videnda. Hii vero exacta inquiſitione ſcilicet iuramento, quo fidelitatem iuraverunt, interogati pociorem partem & utilius tale concambium noſtre Eccleſie fore aſſeruerunt, illi autem iam ſupradicti fratres Aſpacenſes per manum *Adelrami* Advocati, & coniventia Domini Eberhardi Babenbergenſis Epiſcopi manſum unum apud Aufhaim, predium unum apud Swaim, dimidium manſum apud Innehaim in manus *Rapotonis Comitis* ſuper Altare ſancti Petri in Ratiſpona tradendum perpetua emphiteoſi commutaverunt, & tradiderunt. Nos per manum Advocati *Gebhardi Comitis* in manum *Rapotonis Comitis* manſum iam ante dictum apud Peningen ſuper Altare ſancti Mathei perpetua emphiteoſi commutavimus, & tradidimus. Ut autem tale concambium legitimum a noſtris ſucceſſoribus inconvulſum

& illibatum omni evo permaneat, hanc preſentis ſcripti paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Si quis autem hanc commutationem, & traditionem infringere temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, omni eccleſiaſtica communione careat, & a corpore, & ſanguine Domini noſtri IEſu Chriſti in extremis ſuis alienus exiſtat. Huius vero commutationis, & traditionis Teſtes ſunt hii. *Rapoto Comes de Ortenberch*, *Oudalricus de Steine*, *Wernherus de Sibeſtorf*, *Waldo de Valkinſtaine*, *Wernhart de Weſternahe*, *Aribo Scultetus*, *& filius eius Aribo*, *Baldwinus*, *& filius eius Chunradus de Ratiſpona*, *Wernhart de Erlingen*, *Oudalricus de Wiſent*, *Oudalricus de Kargilin*, *Karoco de Lerichinvelt*, *Gebchardus & frater eius Waltherus de Swiber*, *Oudalricus & frater eius Ekkebertus de Haſenaker*, *Rudigerus de Grinzinbach*, *Chuno de Hoindorf*, *Oudalricus de Thierhawtin*, *Rudpertus de Leren*, *Herolt von dem Hohenhaws*. Ego Wernherus prepoſitus maioris Ecleſie ſubſcripſi, ego Heinricus Decanus maioris Eccleſie, ego Rudigerus Archidiaconus Eccleſie maioris, & Prepoſitus ſancti Ioannis, ego Purchardus maioris Eccleſie Canonicus, ego Heinricus, ego Meriboto, ego Hermannus, ego Gotfridus. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini MCLXIII. regnante invictiſſimo Romanorum Auguſto Friderico.

Num. III. Confirmatio Fundationis. An. 1164.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Eberhardus Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus ſecundus, officii noſtri racio poſtulare videtur, ut Eccleſias noſtras in rebus, & poſſeſſionibus ſuis manutenere, & firmare, atque contra futuras malitias hominum, quantum poſſumus, auxiliante Domino premunire debeamus. Quocirca univerſitati fidelium notum eſſe volumus, quod devota Chriſti famula *Chriſtina de Aſpach*, relicta *Geroldi Comitis*, cum eo mortuo viduata eſſet, & prolem non haberet, prediis quidem, & poſſeſ-

poſſeſſionibus mariti ad propinquos eius redeuntibus, ipſa ſuum hereditarium predium Aſpach cum tota familia ſua, & perſonis hominum cum omnibus pertinentibus ſuis, cum agris, pratis, paſcuis, ſilvis cultis, & incultis, cum aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, & cum omni genere utilitatis, quo ipſe illud noſcitur habuiſſe, Babenbergenſi Eccleſie contradidit, ea videlicet pactione, ut in cellam ad minus duodecim Monachorum verteretur pro remedio anime ſue ac mariti ſui, & parentum utrorumque. Itaque beate memorie Dominus noſter Otto Epiſcopus talium rerum ſtudioſus, locum cepit, & prediis ac decimis auctum ſub patrocinio beati Mathei Apoſtoli in Abbatiam promovit; ſimiliter & Dominus Egilbertus Epiſcopus Predeceſſor noſter aliquos manſos, & decimas in Matenchovene, & Aterſe, & in Eringen ei contulit. Nos igitur predeceſſorum noſtrorum pia cepta, ſive opera ſtudioſa devotione amplectentes, Domini, ac fratris noſtri Friderici eiusdem loci Abbatis, ceterorum fratrum petitioni acquieſcimus, ſcilicet, ut locus ipſe, qui a prefatis predeceſſoribus noſtris in divinum ſervicium fundatus, atque ſemel, & iterum confirmatus eſt, ita nunc quoque tertia vice in nomine ſancte Trinitatis noſtri privilegii confirmatione roboretur, ut undique munitus nulla futurorum improbitate perturbari queat. Statuimus etiam, ut nichil uncquam iure beneficii ex prediis eiusdem Monaſterii militibus, ſeu aliis ſecularibus concedatur, quinimo beneficium, quod Untelingen dicitur cum viculis, & pertinentiis ſuis, quod neceſſitate temporum beatus Otto Epiſcopus infeodaſſe probatur, nullus Epiſcoporum vel Abbatum infeodaſſe preſumat, ſed potius, ſi vacare ceperit, in uſum, & in utilitatem Monaſterii reducatur. Omnia igitur, que ab ipſa fundatrice, ſeu a predictis predeceſſoribus noſtris eidem Monaſterio noſtro collata ſunt, cunctorum fratrum Abbatum, Prepoſitorum, Canonicorum, ac totius Cleri conniventia, Fidelium quoque,

que, ac Miniſterialium noſtrorum, ac totius curie noſtre conſenſu Fratribus ibidem Deo militantibus ſeu militaturis in perpetuum profutura confirmamus, preſentemque paginam inde ſcriptam ad evidentiſſime veritatis indicium noſtre imaginis impreſſione ſignavimus. Teſtes ſunt horum de Clero, Giſelbertus maioris Eccleſie Prepoſitus, Hermannus Decanus, Chunradus Cuſtos, Otto Prepoſitus ſancti Stephani, *Eberhardus de Rotenſtade*, *Hermannus de Rudehuſen*. Purcardus Cellerarius, Hermannus Notlich, Irenbertus Abbas ſancti Michahelis, Helmericus Abbas de Enteſtdorff, Abbas Cunradus de Lerwa, ex laycis liberi: *Pertoldus Comes de Andecheſe*, *Cunradus Burgravius de Nurenberg*, *Regenoldus de Riphenberch*, *Oudalricus*, *Walpoto*, *Oudalricus de Wiſchenveld*, *Heinricus de Otloheſtorf & Megengotus frater eius*, *Miniſteriales*, *Gundeloch de Rodelendorf*, *Ratloch de Memesdorf*, *Goteboldus de Oſterhoven*, *Eberhardus de Troſchenrut*, *Marcquardus de Willehalmesdorf*, *Hartlibus de Wincere*, *Eppo de Hergoltingen & frater eius Marcquard*, *Rapoto de Poldingen*, *Gozwinus de Oſterhoven*, *& filius eius Gozwinus*, *Chunradus de Bummanesdorf*, *Eberhart de Annewalesdorf*, *& frater eius Ekkehart*, & alii multi. Actum anno Dominice Incarnationis MCLXIIII. indictione XII. regnante Domino Friderico glorioſo Romanorum Imperatore & ſemper Auguſto, anno Regni eius XIII. Imperii vero VIIII. feliciter Amen.

Num. IV. Confirmatio Imperatoria concambii, An. 1166.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, immortale premium ab eterna divinitate ſperaverimus, ſi ea, que Eccleſiis ſeu Monaſteriis ſervorum Dei proſpicere poſſunt ad pacem ſeu quietem, noſtra imperiali auctoritate promovemus, & confirmamus. Quapropter notificamus univerſis Chriſti, & Imperii noſtri fidelibus, qualiter fideles & dilecti noſtri, Eberhardus Baben-

benbergenſis Epiſcopus, & Eberhartus Ratisbonenſis electus prudenter advertentes, quod, *qui auctore Pretore poſſidet, iuſte poſſidet*, preſentiam noſtram adierunt deprecantes, ut concambium, quod factum fuerat inter Babenbergenſem, & Ratisponenſem Ecclesiam de manſo Beningen ad Epiſcopatum Ratisponenſem pertinente, & tempore Hartwici Ratisponenſis Epiſcopi cuidam *Friderico de Sigenheim* inbeneficiato, & tribus manſis, econtra uno in Rore, alio in Uſhaim, & dimidio in Suaim, itemque dimidio in loco Innehaim ad Eccleſiam Babenbergenſem pertinentibus, per manum Comitis *Gebhardi*, Ratisponenſis Eccleſie advocati principalis, & per manum *Adelrami de Cambe* in predictis tribus manſis Babenbergenſis Eccleſie Advocati auctoritate noſtra confirmaremus. Iuſtis itaque & rationabilibus eorum petitionibus aſſentientes, hinc inde dantes, & accipientes predictam commutationem lege concambii per manum noſtram imperialem, & per manum predicti Babenbergenſis Epiſcopi & Ratisponenſis Electi, preſentibus, & conſentientibus multis utriusque Eccleſie hominibus liberis, & miniſterialibus, prefatam commutationem roboramus, ſtatuentes & firmiter precipientes, ut nulla Eccleſiaſtica ſecularisve perſona violare preſumat hanc noſtre imperialis Maieſtatis conſtitutionem, quicunque vero auſu temerario contravenire preſumpſerit, honoris ſui detrimentum incurret, & centum libras auri puriſſimi appendat, medietatem Camere noſtre, & medietatem Eccleſie, cui damnum illatum fuerit. Teſtes horum ſunt: *Heinricus Dux Bavarie & Saxonie*, *Fridericus Dux de Rotenburch*, *Otto Palatinus*, & *frater eius Fridericus de Witelingesbach*, *Perichtoldus Marchio de Vohenburg*, *Berngerus Comes de Sulzbach*, *Heinricus Purchgravius de Ratispona*, & *frater eius Otto Lantgravius*, *Marquardus de Grunbach*, *Gebhardus de Luikenberge & frater eius Marquardus*, de miniſterialibus Ratisponenſibus *Sigehardus de Eperſpeunt*, *Oudalricus Vicedominus*, *Nize de Reitenbuch*, & alii quam plures, de mini-

ſterialibus Babenbergenſibus, *Hartlieb de Wincera*, *Eppo & Rapoto & Gozwin de Oſterhoven*, & alii multi. Signum Domini Friderici Romanor. Imperatoris invictiſſimi. Data per manum Chriſtiani ſacri palacii Cancellarii. Actum Ratispone anno Dominice Incarnationis M. C. LXVI. Indictione XIIII. IV. Idus Aprilis regnante Domino Friderico glorioſo Romanorum Imperatore Auguſto, Anno Regni XIII. Imperii vero XI. feliciter Amen.

Num. V. Charta Donationis, An. 1174.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus. Si de temporalibus noſtris eis, qui pauperes ſpiritu conſolationem impendimus, Regni Celeſtis, quod ipſorum eſt, beatitudinem eorum interventu nos adepturos ſperamus in Domino. Unde petitioni dilecti fratris noſtri Friderici venerabilis Abbatis de Aſpach libenter acquieſcentes, novale quoddam, quod ville ſue Eichperch, ſecus nemus noſtrum Hochenhart adiacet, tres videlicet manſos, quos Uto, Adelger, Regenhart, Wernhart poſſident, ei, & Eccleſie ſue Aſpach manu poteſtativa tradidimus, ut fratres ibidem Deo famulantes & homines eorum incommoditate, quam hactenus habuerunt, careant, & noſtri memoriam ſive in vita ſive in morte in orationibus ſemper habeant, quod ut omni tempore ratum & inconvulſum permaneat, preſentem Kartam inde conſcribi, & ſigillo noſtro inſigniri precepimus. Teſtes huius rei ſunt, *Gotepoldus Capellanus*, *Rapoto Comes de Ortenberch*, *Oudalricus de Haſelpach*, *Berenger de Gunzendorf*, *Otto Pincerna*, *Eppo de Winzere*, *Gotzwinus & Gotebolt de Oſterhoven*, *Chunrad de Schambach*, *Wernhart de Pilnaw*, *Wernhart Vilicus de Eringen*, & alii quam plures. Actum Aſpach anno Dominice Incarnationis M. C. LXXIIII. Indictione VII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore invictiſſimo, anno Regni eius XXII. Imperii vero XVIII.

Num.

Num. VI. Conſtitutio ſuper juribus Advocatiæ. An. 1259.

Nos Berchtoldus Dei gratia Epiſcopus Babenberg. univerſis tenore preſentium volumus eſſe notum, quod ſuper diſſenſione, que inter nos & nobilem virum *Albertum de Hals* oriebatur, talis ordinatio intervenerit. Primum quidem dictus Albertus ceſſit omni iuri, quod ſibi in curte noſtra Mulhaim vendicabat, & eam nobis dimiſit in perpetuum liberam & quietam. Item homines noſtros univerſos, & homines monaſteriorum in Oſterhoven, & in Aſpach, in quibus ipſe ius advocatie a nobis tenet, dimiſit liberos & quietos ab omnibus hoſpitalitatis, & ſteurarum incommodis, ac aliis quibuslibet vexationibus. A feſto Purificationis proximo per duos annos continuos, ſed tamen antiquum & debitum advocatie jus debet percipere ab eisdem. Item nullos de ſervis locabit in foro Oſterhoven, ſed & locatos removebit, preter eos, qui proprietatem ſeu feoda hereditaria ibi tenent, nec ibidem ii tabernas exercebunt, nec alias erunt hominibus noſtris graves. Adhuc ſuper iure, quod ipſe Al. dicit ſe habere in Caſtro Ernekk, & in curtibus noſtris Oſterhoven, Amingen, & Podingen, ſi non poteſt nobiscum amicabiliter concordare, iuris ſententiam poſtulabimus nos utrinque. Item nullus de ſuis Caſtellanis, ſervis aut hominibus ipſum pignorabit, occaſione alicuius debiti bonis noſtris, ſed ſi factum fuerit, continuo ſine diſpendio faciet emendari. Curabit etiam bona fide, quod nullus extraneus ipſum in bonis noſtris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obſervandis dedit nobis fideiuſſores viros diſcretos, Heinricum de Pholingen, Alberonem Wallerium, Swikerum de Vorſt, & Albertum de Fuert: ut ſi predicta fuerint in aliquo violata, ipſi infra ſex ſeptimanas id faciant emendari. Alioquin ſi non fuerit emendatum, hi iidem fideiuſſores Vilshoven intrabunt inde non exituri, donec ducentas lib. Ratiſpon. nobis

 ſolvant,

ſolvant, ipſam totius penam ſolvet, quotiens infra duos annos preſcriptos predictorum aliquod fuerit violatum. Ut igitur hec predicta ipſe Alb. & fideiuſſores memorati nobis obſervent, dedimus eidem Alb. gratiam noſtram, & ſuis & feodum, quod a nobis ab antiquo & ſine lite tenet, duximus conferendum. Si vero ipſe vel fideiuſſores violaverint hanc concordiam, nobis omnem queſtionem, quam ante compoſitionem habuimus, contra ipſum habebimus nobis ſalvam. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum fieri fecimus, & noſtro ac ipſius ſigillo iuſſimus communiri. Hec etiam omnia firmiter obſervanda dictus Alb. & fideiuſſores data fide promiſerunt, ſe firmiter ſervaturos, acta ſunt hec anno Domini M. CC. LIX. XII. Kal. Jan. in Monaſterio Oſterhofen.

Num. VII. Concambium, Anno 1270.

Nos Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni, & Dux Bavarie, tenore preſentium declaramus, quod nos Eccleſie ſancti Mathei in Aſpach, ordinis ſancti Benedicti, quoddam Beneficium in Lenghaim, & quendam manſum ſive houbam in Pirnpach cum omnibus pertinentiis eorundem cultis, & incultis, queſitis & inquirendis donavimus perpetuo libere poſſidenda, ſervato nobis & heredibus noſtris in iisdem bonis iure tantumodo advocatiali hoc addentes, quod in decurſu aque in Swaim apud fluvium Rot impoſterum nullum molendinum ibidem conſtrui debeat, vel locari. Ipſa vero Eccleſia in concambium dictorum bonorum, voluntaria deliberatione & unanimi conſenſu ipſius Abbatis & Conventus quandam ſilvam in Winchelhaim, nobis & heredibus noſtris tradidit pleno iure. Admittimus tamen, quod colonus curie in Winchelhaim ipſius Eccleſie ligna de predicta ſilva pro neceſſitate domus eiusdem curie ſine quolibet obſtaculo reſervare, & arripere debeat, ſive poſſit. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ipſi Eccleſie dari fecimus noſtri ſigilli robore communi-

munitas, datum & actum in Pharchirchen anno Dom. M.CC.LXX. VI. Idus Aprilis.

Num. VIII. Ius piſcandi in Lacu Aterſee, An. 1276.

Perchtoldus Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem, & ſinceram in domino karitatem. Cum ea que geruntur in tempore, niſi literali memorie comendentur, oblivionis notam cum tempore conſequantur, univerſaliter ſingulis, & ſingulariter univerſis cupimus eſſe notum, preſentium per tenorem, quod dilectus nobis honorabilis vir Wernhardus Abbas Monaſterii ſancti Mathei in Aſpach a noſtris predeceſſoribus fundati, Patavienſis Dioceſis, in noſtra preſentia conſtitutus coram nobis propoſuit, quod ius Sagene a) ſuper Lacu Aterſe iuxta predium in Reut ex predeceſſorum noſtrorum collatione ad dictum Monaſterium pertinere deberet, & ad ipſum pertinere, ut iuris erat, oſtendit legitime coram nobis; licet aliquamdiu prefatum Monaſterium eiusdem Sagene poſſeſſione caruiſſet, & uſu prefatus Abbas, ut ſibi & ſuo conventui ſuper hec paterna ſolicitudine providere curaremus, nobis humiliter ſupplicavit. Nos igitur, qui ex iniuncto a Deo nobis officio piis locis conſulere, & providere tenemus ea, per que divinus cultus melius, & plenius poterit exerceri, non diminuere, ſed potius augmentare cupientes, conſiderantes nihilominus, quod prenominatus Abbas nobis, & Eccleſie noſtre multa grata & fidelia ſervitia hucusque exhibuit, & deinceps poterit exhibere, ipſi eiusque ſucceſſori, nec non Conventui dicti Monaſterii in Aſpach, & ipſi Monaſterio prefatam Sagenam reſtituimus pleno conceſſionis robore, confirmantes ad habendum, tenendum, & poſſidendum cum omni iure, & actione, uſu, ſeu requiſitione queſitis, & inquirendis, acceſſibus, & egreſſibus, quam

a) Segen, Reuſen, Fiſchreuſen.

rem ſive Sagenam dictum Monaſterium ex nunc conſtituimus de iure abſolute & libere poſſidere: promittentes ei pro nobis & pro Eccleſia noſtra in dicto iure Sagene ſeu poſſeſſione iuris eiusdem, vel etiam occaſione ipſius litem vel controverſiam non inferre ullo tempore, nec inferenti conſentire, ſed ipſam ſepe dicto Monaſterio ab omni perſona legitime defendere, & omnia ac ſingula ſubſcripta perpetuo firma, & rata tenere, & non contrafacere, vel per alios vel per nos ipſos aliqua cauſa, ſeu ingenio de iure, vel de facto. Ad hoc autem faciendum nos induxit, quod ipſe Abbas ex parte ſui Conventus nobis firmiter promiſit, ſeque ad hoc aſtrinxit, quod nobis viventibus pro ſalute noſtra in predicto Monaſterio qualibet ſeptimana una Miſſa pro vivis, poſt mortem vero noſtram una pro defunctis ſimiliter qualibet ſeptimana pro anime noſtre remedio celebrari debeat ſive dici, in cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſuper hoc editas & conſcriptas, & noſtro ſigillo ſibi dedimus roboratas. Huius autem Teſtes *Dominus Emicho*, Decanus Babenbergenſis, & *Dominus Ioannes*, Scholaſticus ibidem, *Chunradus Plebanus de Bretuellt*, *Chunradus de Aterſe*, *Chunradus Plebanus de Ering*, *Rudpertus miles de Hertenſtain*, *Volnandus de Wiſentawe*, *Chunradus Chrumelin*, *Adelramus & Chunradus de Aterſe milites*, *Fridericus de Saxo Officiatus in Aterſe*, *Hainricus de Puech*, *Sighardus de Stampach*, & quam plures alii fide digni. Datum apud Aterſe anno Domini M. CC. LXXVI. in Octava beati Michaelis Archangeli.

Num. IX. Ius piſcandi in Aterſee, An. 1276.

Perchtoldus Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus, univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Cum ea que geruntur in tempore, niſi literali memorie commendentur, oblivionis notam cum tempore conſequantur, univerſitati vero cupimus eſſe notum per tenorem, quod dilectus nobis

nobis in Chriſto honorabilis vir Wernhardus Abbas Monaſterii ſancti Mathei Apoſtoli in Aſpach Patavienſis Dioceſis in noſtra preſentia conſtitutus, coram nobis propoſuit, quod *Sagena* ſuper lacum Aterſe iuxta Reuth ex predeceſſorum noſtrorum collatione ad dictum Monaſterium pertinere debet, ac id ipſum mediante iuſtitia oſtendit coram nobis, licet aliquamdiu dicta Sagena prefati Monaſterii ſubtracta fuerit poteſtati, prefatusque Abbas ut ipſi, & predicto Monaſterio ſuper hoc paterna ſollicitudine providere curaremus, nobis humiliter ſuplicavit. Nos igitur, qui ex iniuncto nobis a Deo officio piis locis merito providere, & conſulere tenemur, ea, per que cultus divinus melius & plenius exerceri poteſt, non diminuere, ſed potius augmentare cupientes, ac conſiderantes, quod prenominatus Abbas nobis & Eccleſie noſtre grata & fidelia ſervitia hucusque exhibuit, & deinceps poterit exhibere, ipſi, eiusque ſucceſſoribus, nec non conventui dicti Monaſterii & ipſi Monaſterio liberam dimittimus, & abſolutam, eam eis propter maiorem cautelam conferentes in perpetuum quiete, & pacifice poſſidendam, hoc adiecto, ut nobis viventibus pro noſtre anime ſalute in predicto Monaſterio qualibet ſeptimana una Miſſa pro vivis, poſt mortem vero noſtram una Miſſa pro defunctis, ſimiliter qualibet ſeptimana pro anime noſtre remedio celebrari debeat ſive dici, in cuius rei teſtimonium preſentes litteras noſtro ſigillo iuſſimus roborari. Huius rei Teſtes ſunt, *Roudpertus de Hertenſtein*, *Volnandus de Wiſentowe*, *Chunradus Chrumelin*, *Alramus & C. de Aterſe milites*, *Fridericus de Alkerſtorf*, *Fridericus Officiarius in Aterſe*, *Heinricus de Puech*, *Sichardus de Stainpach*, &. quam plures alii fide digni. Datum apud Aterſe, anno Domini M. CC. LXXVI. in octava beati Michaelis.

Num.

Num. X. Confirmatio Privilegiorum. An. 1278.

Perchtoldus Dei gratia Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem, & ſinceram in Domino fraternitatem. Cum auctoritate canonis, que *infirmari* poſſunt, *precaveri debeant*, cautum eſt, ut ad modernorum memoriam, & notitiam futurorum, que fideliter inter bonos aguntur, ſcripture teſtimonio commendentur. Notum igitur eſſe volumus univerſis, ad quos tenor pervenerit huius ſcripti, quod dilectus nobis in Chriſto Wernhardus honorabilis Abbas Monaſterii ſancti Mathei in Aſpach, a predeceſſoribus noſtris fundati Dieceſis Pataviensis, ex parte ſui eiusque Conventus efficaciter propoſuit coram nobis, quod Monaſterii ipſius tam hominibus ſuis, quam in bonis infra diſtrictos noſtros, vel prope exiſtentibus per officiales noſtros, nec non advocatos, Iudices libertatum, & iuris, quibus a predeceſſoribus noſtris fundationibus loci eiusdem privilegiatum fuerat, ab antiquo ſit fere ſolatio deſtituta. Propoſuit etiam, quod privilegia ſuper hoc edita, & conſumpta in exuſtione ipſius Monaſterii eſſent per incendium conſumpta, & hoc ſe exhibuit certius probaturum; petens humiliter, & devote, quatenus cum propter Deum, tum propter Iuſtitiam, tum etiam quod dictum Monaſterium in Aſpach ab Eccleſia Babenbergenſi per noſtros eſt predeceſſores fundatum, ſibi dignaremur ſuper ſuprapoſitis conſulere, & auxilium impertiri. Cum igitur ex iniuncto a Deo officio omnibus piis locis, & maxime illis, que a predeceſſoribus noſtris ſunt fundata, ſubvenire, & paterna ſollicitudine eorum indemnitati conſulere, ut in ſtatu bono, & debito conſerventur, certius teneamur, neve ad diſſolutionem ſuarum libertatum vergant, ſumopere precavendo, cogniti de veritate, quod privilegia Predeceſſorum noſtrorum libertates, iura, & beneficia collata continentia ſunt exuſta; habita inſu-

inſuper inquiſitione ſtudioſa per multos idoneos, honeſtos, fide dignos maxime Eccleſie noſtre homines, de infra ſcriptis iuribus Monaſterii ſimiliter ſufficienter inſtructi legitimis documentis dignum eſtimavimus, atque iuſtum, debere nos Predeceſſorum noſtrorum veſtigia imitari, dicto loco iura, & libertates ab ipſis collata diligentius confirmando. Propoſitum itaque exiſtit coram nobis, iuſtitia mediante, quod homines in bonis Monaſterii Aſpacenſis reſidentes tam in Atergawe, quam circa Honhart, quam etiam circa Hofmarchiam in Ering, in ſilvis noſtris, & in nemoribus, ſeu in foreſto omni uſu, & iure gaudere debent, quo & noſtri, & ſub eadem annalis ſervicii penſione. Preterea ſi homines Eccleſie noſtre in poſſeſſionibus dicti Monaſterii fuerint inſtituti, quamdiu ibi reſidere voluerint, officiales noſtri eos inde non debent repoſcere, nec in eis medio tempore ius aliquod, aut ſervicium uſurpare, ſed idem ius circa homines ipſius in bonis Eccleſie noſtre inſtitutos nobis eſt per omnia reſervandum. Ceterum homines de familia Eccleſie noſtre licite poſſunt cum familia Monaſterii contrahere, & e converſo; nec ex hoc incurrere debent penam aliquam, ſive bannum, nec etiam ab hoc debent ab officialibus utrinque aliquatenus prohiberi; inſuper ſi ex parte Monaſterii poſſeſſiones alique, quarum proprietatis titulus noſtram reſpicit Eccleſiam, & vulgariter dicitur *Inwertaigen*, fuerint comparate, vel per modum donationis, ſeu ex teſtimonio alicuius ad ipſam devenerint, auctoritate noſtra, & Eccleſie noſtre ad ius, & proprietatem ipſius Monaſterii tranſeant ipſo facto. Verum ſi dictus Abbas in bonis ſui Monaſterii, vel hominibus per Advocatum ſuum, aut Iudicem ipſius, ſeu alium quemcunque contra Deum, & iuſticiam fecerit, quocunque modo gravatus iniuriam, & offenſam ipſius reputare debemus, quaſi nobis, & Eccleſie noſtre illatam, ſibique ſatisfactionem petere, dumodo nos duxerit requirendos. Volentes igitur Theſaurum ineſti-

ineſtimabilem per fundationem, & promotionem piorum locorum, in quibus cultus divinus devotius frequentatur, per noſtros Predeceſſores ſollicite comparatum, quantum Deus dederit, conſervare omnes libertates, & iura, ſeu beneficia preſcripta dicto Monaſterio in Aſpach, auctoritate noſtra, & Eccleſie noſtre renovamus, conferimus, & plene conceſſionis robore confirmamus promitentes pro nobis, & Eccleſia noſtra omnia & ſingula ſupradicta perpetuo firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire, per nos, vel per alios, aliqua ratione, vel cauſa, arte, vel ingenio, de iure, vel de facto, ipſumque Monaſterium predicta iura auctoritate noſtra exnunc conſtituimus poſſidere. Et licet huiusmodi conceſſionem, & confirmationem fecerimus propter Deum, & iuſtitiam, ad hoc tamen plurrimum induxit nos, quod idem Abbas, ſuique Anteceſſores nobis, & Eccleſie noſtre multa grata ſervicia exhibuit, & ſemper poterit exhibere. Ut autem omnia & ſingula ſupradicta perpetuum robur confirmationis conſequantur, preſentem cartam ſuper hoc editam, & conſcriptam ſibi, ſuoque Monaſterio dedimus, noſtro ſigillo munitam. Huius autem facti noſtri Teſtes ſunt, Chunradus Decanus Eccleſie ſancti Stephani in Babenberg, Chunradus Decanus in Schyrolfing, Chunradus, & Wernherus Capellani, & Notarii curie noſtre, Chunradus de Veltbach Plebanus in Ering, *Alramus de Aterſe*, *Chunradus Hatzmuzel*, *Chunradus de Allerſtorf*, *Berchtoldus de Vokkenburg*, *Tyrolfus de Oſterhoven*, *Oulricus Dapifer noſter dictus de Newenſtorf*, Milites, *Chunradus Gezman officialis noſter in Aterſe*, *Gebhardus de Velltpach*, *Fridericus de Franchenburg*, *Fridericus Phinirno*, *Fridericus de Allerſtorf*, *Engelſchalcus de Hag*, & alii quam plures fide digni. Datum in Aterſe anno Domini MCCLXXVIII. VIII. Kal. Iulii.

Num.

Num. XI. Fundationes ſacræ Comitum de Halſe.

An. 1282.

Nos Bernhardus Dei gratia Abbas Eccleſie ſancti Mathei in Aſpach, totusque Conventus eiusdem loci, omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Quia diuturna ſucceſſio temporum rerum geſtarum delet memoriam, ni ſtabiliatur per litteras, ideo tenore preſentium ad perennem omnium notitiam cupimus pervenire. Quod Dominus *Albertus dictus de Hals Comes*, Advocatus noſter felicem tractatum divina inſpirante gratia ob ſalutem anime ſue, & remedium omnium parentum ſuorum, tam ſuccedentium, quam & eorum, qui feliciter deceſſerunt, taliter nobiscum contraxit, ut ſingulis annis in die ſancti Martini duas ſcaphas Landavienſis menſure de Annona, qua Conventus eodem anno ſuſtentatur, & duos porcos, quemlibet valentem tres ſolidos Patavienſes, pauperibus erogemus. Conventui vero vinum cum aleciis, & ovis cedet de noſtris poſſeſſionibus ſingulis annis tempore ſubnotato. Qualibet enim ſeptimana, una circa veſperam vigiliam Mortuorum in medio Monaſterio, ubi eſt fundatio Altaris in honorem ſancti Ioannis Evangeliſte, ſancti Georgii Martyris, & ſancte Catharine Virginis & Martyris, ſequenti die Miſſa pro Defunctis per Conventus preſentiam perſolvetur, niſi magne Feſtivitates, & hebdomade, ut dies Nativitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, id ipſum interceperint, quo facto eodem die Conventui quartale vini de urna Patavienſi adminiſtrabitur, & fratri cuilibet duo ova cum quotidiana prebenda, que ex hac conſolatione nullatenus minuetur. In quadrageſima vero ſingulis diebus ad predictum Altare, quod ſitum eſt in medio Monaſterio, Placebo Conventus decantabit, nihilominus una dierum in ſeptimana pro Defunctis Miſſa per Conventus preſentiam perſolvetur. Cui ſcilicet Con-

ventui per totam quadrageſimam qualibet die quartale vini de urna Patavienſi, & cuilibet fratri cum prebenda quotidiana adminiſtrabitur alec unum. Quapropter memoratus Dominus *de Hals Albertus Comes* Advocatus noſter in recompenſationem dicte elemoſine, que perpetuo durabit, Eccleſiam ſuam in monte ſancti Georgii in Plankenberg cum dote, & advocatiam cum omnibus adiunctis ſuis, requiſitis, & irrequiſitis ad Altare ſancti Mathei Patroni noſtri nobis, & Eccleſie noſtre contulit perpetuo poſſidendam. Advocatiam vero eiusdem Eccleſie ſibi recommittimus tali forma, ut eandem ipſe Eccleſiam, vel ſui Liberi, vel Nepotes ſibi ſuccedentes cum omnibus attinentiis ſuis protegant, & defendant. Que tuitio ſi per ſuos irrationabiliter infringetur, advocatia iam prefate Eccleſie libere ad nos revertatur. Eccleſia ſine omni exactione eſt, ſed propter Deum principaliter defendenda. Memoratam etiam Elemoſinam hoc anno, ac deinceps ſingulis annis perpetuo plenarie ſicut prelibavimus, fideliter perſolvemus. Ceterum dicta elemoſina in deſpoſitionis ſue die, que anniverſarius eius erit, pro remedio ſui, & uxoris ſue *Eliſabethe* iam viventis, & duarum defunctarum *Alheidis*, *&* *Agnetis*, & puerorum ſuorum, & omnium parentum ſuorum, & eorum, qui ſuis beneficiis, ſeu predicte elemoſine ſe implicaverunt, diſtribuetur eternaliter ipſo die, in quo etiam Conventus, ſicut ſolitum eſt in honeſtis anniverſariis, albo pane, vino, & piſcibus, & ovis conſolari debent. Adiicimus etiam, & promittimus fideliter, quod omni ſeptimana die Dominico, feria quarta, & ſexta divinum officium in monte ſancti Georgii in Planchenberch faciamus, Domino concedente. Preterea, ut ſupradicte elemoſine conſolatio rata ſempiternaliter habeatur, compromiſimus ex utraque parte, quod quamcunque viam venerabilis Dominus noſter Epiſcopus Patavienſis ſuper eo invenerit, a nobis, & a poſteris noſtris firmiter obſervetur. Ut autem hec collatio felicis

ſui

ſui propoſiti firma maneat, & integra, & ne alicuius temeraria preſumptio eidem collationi valeat obviare, preſens ſcriptum ſigilli Conventus noſtri munimine duximus roborari. Huius autem tractatus Teſtes ſunt: Dominus Godfridus Prepoſitus Patavienſis, Wołkerus Decanus, Ulricus de Styria, Siboto de Bamberg, Hainricus de Inne Eccleſie noſtre Canonici. *Hankus de Radeike, Pero Pincerna de Anxenkirchen, Bernhardus de Murring, Minhalmus de Waxmenſtorf, Pilgrimus Pincerna, Milites Eccleſie noſtre, Chunradus Prior*, Fridericus, Hainricus, Ortwinus, Sifridus, Bernardus Sacerdotes, Hainricus, Dietmarus, Chunradus Subdiaconi, *Hainricus, Dietricus de Paumgarten, Hainricus de Horbach, Leopoldus de Ekarting, Ulricus de Hauzenberge, Eberhardus, & Otto fratres de Eſenhaim, Fridericus de Egloſſhaim, Tyrolfus officialis de Oſterhoven, Gotfridus de Huſen, Ulricus de Furt, Rudigerus de Monte, Otto Rex, Eberhardus de Prukperch, Veſtenwergarius, Erhardus de Gottenſtorff, Gerhohus de Ranvils, Conradus, Fridericus de Bragunrute, Cunradus Gottchalsriute*, & alii quamplures, qui intererant huic facto. In cuius rei teſtimonium litteras preſentes, quibus noſtri, & capituli noſtri ocius conſenſus acceſſit, nec non predictorum Domini Alberti Comitis de Hals, & Conventus in Aſpach ſigillorum munimine fecimus roborari. Datum Patavie anno Domini milleſimo, ducenteſimo, & octuageſimo ſecundo, die Dominica in octava Paſche.

Num. XII. Confirmatio Fundationis. præcedentis. Anno. 1282.

Bernhardus Dei gratia Epiſcopus Patavienſis omnibus in perpetuum. Petitionibus, quas pro felici ſtatu Eccleſiarum recipimus, tanto favorabiliores nos haberi convenit, quanto eas devota petentium inſtantia reddit, exauditionis gratia, ac promptitudine digniores. Noverit igitur tam preſens etas, quam ſucceſſura poſte-

poſteritas, quod nobilis Albertus Comes de Hals in noſtra, & venerabilis capituli noſtri preſentia conſtitutus, humiliter petebat a nobis, ut ipſe capellam in Planckenberg, cuius ius Patronatus pertinebat ad ipſum, ad menſam fratrum Monaſterii, ſancti Mathei ordinis S. Benedicti in Aſpach, accedente omnium heredum ſuorum conſenſu cum omnibus ſuis attinentiis in perpetuum dederit, atque donaverit pro quibusdam ſuffragiis in dicto Monaſterio perpetuo peragendis, prout in litteris Bernardi, tunc ibidem Abbatis, & Conventus exinde confectis plenius continetur, donationem dicte capelle ad idem Monaſterium factam ratam habere, atque confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Nos igitur predicti Domini Abbatis precibus favorabiliter inclinati, dictam donationem de conſenſu capituli noſtri Patavienſis, & ratam tenemus, & eam auctoritate dioceſſana in nomine Domini approbamus. Auctoritate ſimili ſtatuentes, ut anniverſarii celebritates, atque ſuffragia, que dictus Comes pro anime ſue ſalute, & remedio procuravit, in eodem Monaſterio perpetuo peragantur, & ſicut in litteris predicti Abbatis, & Conventus ſui expreſſum eſt, Fratribus conſolationes debite obſerventur, ad quod etiam omnes Abbates in dicto Monaſterio ſucceſſuri in electione ſui iuramento preſtito ſe adſtringant. Quod ſi fortaſſis in poſterum dicta ſuffragia, & conſolationes, atque anniverſarios, ſicut expreſſi ſunt in predictis litteris, contigerit non verſari, predicte capelle ius Patronatus ad dictum Comitem, vel heredes ſuos alteri pio loco, prout expedire viderint, tribuetur, quod & faciet Patavienſis Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, ſi quando in poſterum contigerit dictum Comitem heredem ſuperſtitem non habere. Et ut predicta omnia clarius eluceſcant, predictas Abbatis, & Conventus litteras preſentibus duximus inſerendas: quarum tenor per omnia talis eſt, &c. vid. Num. præced.

Num.

Num. XIII. Libertas navigandi in Aterſee, An. 1284.

Georgius Dei, & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Patavienſis, omnibus in perpetuum. Porrecta nobis ex parte venerabilis, & in Chriſto dilecti Abbatis, & Conventus Monaſterii in Aſpach, Ordinis ſancti Benedicti, noſtre Dioceſis, petitio continebat, quod cum ipſi in victualibus pro ſua ſuſtentatione neceſſariis, & aliis indigentiis defectus notabiles patiantur, Eccleſiam parochialem ſancti Mauritii in Munichaim eiusdem noſtre Dioceſis prefato Monaſterio adiacentem, & ad preſentationem ipſorum pertinentem, ex donatione illuſtrium Principum Stephanni, Friderici, & Iohannis fratrum Comitum palatinorum Rheni, & Ducum Bavarie, prout in literis eorum donationem vidimus plenius contineri, pro huiusmodi defectibus ſubmovendis, ac aliis oneribus comodius ſuportandis menſe ipſorum annectere, & incorporare, ac unire, per Monachosque ſuos regi, & rectorem, ſeu Vicarium perpetuum ad libitum ſue voluntatis ammovere, & alium ſubrogare, admitti gratioſe dignaremur. Nos igitur volentes, quantum cum Deo poſſumus, Abbatis, & Conventus predictorum devotis ſupplicationibus, ac deſideriis annuere, in hac parte prefatam parochialem Eccleſiam in Munichaim cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis menſe ipſorum in perpetuum annectimus, & unimus, ita, quod poſt annexionem, & unionem huiusmodi cedente, vel decedente eiusdem Eccleſie Rectore, ſeu ipſa Eccleſia quovis alio modo vacaret, liceat Abbati in Aſpach, qui pro tempore fuerit, auctoritate propria eiusdem Eccleſie parochialis

poſſeſ-

poſſeſſionem apprehendere, & illam in uſus predictos perpetue retinere: reſervata tamen de ipſius parochialis Eccleſie proventibus pro Vicario religioſo nobis, & noſtris ſucceſſoribus preſentando, portione congrua, ex qua commode ſuſtentari, hoſpitalitem tenere, procuratores legatorum, & nunciorum ſedis apoſtolice, & quorumcunque ordinatorum, & quevis alia onera ſupportare queat. In cuius rei teſtimonium preſentes damus literas ſigilli noſtri appenſione communitas. Datum Patav. Menſ. Febr. die XXIII. Anno Domini MCCCC. quarto.

Num. XXXIX. Confirmatio Parochiæ. Anno 1404.

Wir Heinreich von GOttes Genaden Pfalntz Graf bey Rein, und Herzog in Bayrn &c. bekennen offenlich mit dem Brief, daſs uns unſer getreu, und andechtiger der Abbt, und das Convent unſers Gotzhaus zu Aſpach fürbracht haben einen Brief, den ſy haben von dem hochgeborn Fürſten unſern liebn Vettern, und Vater Herzog Stephan, Herzog Fridrichn, und Herzog Iohannſen ſeliger Gedechtnus über ſand Mauritzn Kirchn zu Munichaim in dem Churntall gelegen in unſer Pfleg zu Erneckg, daſs wir in denſelben Brief verneut, chrefftigt, und beſtat habn, verneuern, chrefftigen, und beſtätten auch in Kraft dis Brief, mit allen den Bünden, und Artikeln, die von Wort zu Wort in denſelben Brief geſchriben ſtend, und begriffn ſind, getreulich, und genädiglich, ſchlechthin, und an Geverde dabey zu haben. Des zu Urkund geben wir in den Brief mit unſern anhangenden Inſigel verſigelten, als man zalt nach Chriſti Gepurd vierzechenhundert Iar, und darnach in den vierten Iar am Sambztag vor Oculi in der Vaſten.

Num. XL. Jus Albergariæ reſtrictum. Anno 1404.

Wir Heinrich von GOttes Genaden Pfalntzn Graf bey Rhein, und Herzoge in Bayrn &c. bechennen offentlich mit dem Brief, daſs wir angeſechen haben ſolich Gebrechen, und Beſwärnus, dahünder unſer lieb, getreu, und andachtig der Abbt, und auch der Convent unſers Gotzhaus zu Aſpach von Gaſtung, und Geltſchult wegen chomen ſind, und haben ſy, und daſelb unſer Gotzhaus von aller Gaſtung gefreyet, und freyen ſy auch wiſſentlich nach unſers Rats Rat mit dem Brief, alſo, daſs wir ernſtlich mainen, und wellen, daſs ſich Nyeman Edel, noch Unedel mit chainer Gaſtung auf das egenant Gotzhaus, noch auf alle dy iren legen ſoll in chain Weis, es ſein Geſt, oder Landleut, Nyemand ausgenommen, als war ſy unſer Ungenad, und Straff vermeyden wollen, nu von Weinachtn ſchiriſt über dreu ganzen Iar dy nächſt nacheinander vergehen. Es ſulln auch der Abbt, und das Convent dy egenant Zeit ſelb chain Gaſtung auf ſich ladn, noch zichen ungeillich, und auch auf dy obgeſchriben Pen: darauf gebieten wir alln unſern Ambtleuten, Viztumen, Pflegern, Richtern, und auch allen andern unſern Getreuen, uud Untertanen, daſs er ſy bey denſelben Genaden, Freyhaiden, und Rechten dy obigen Zeit von unſeren wegen behaltet, darzu ſchurmet, und Nyeman geſtat der in einen Kranch, Irrung oder Invall daran tue, das iſt unſer ernſtlich Will, und Mainung genzlich. Geben zu Arding mit unſern anhangenden Inſigl, als man zalt nach Chriſti Gepurde vierzechenhundert Iar, und darnach in den vierten an Sambztag vor ſand Katrein Tag.

Num. XLI. Ceſſio jurium. Anno 1417.

Ich *Sighard Aushauſer*, mein Hausfrau, all unſer Errben, und Nachkommen, bechennen mit den offen Brieff allen den, dye

in

in ſehent, hörent, oder leſent, daſs wir wolbedachtlich, und beſunderleich mit unſeren beſten Freunt, Rat, und Gunſt, und guetlichen Willen, beſunderleich nach des erburdigen und veſten Ritter *Herrn Wilhalm von Fraunhofn*, dye Zeit gewaltigen Hofmaiſters unſers Herrn Herzog Hainreich Herzogn in deren Payernland, mit den wirdigen und geiſtlichen Herrn, Herrn Iacob, dye Zeit Abbt zu Aſpach, und mit dem ganzen Gotzhaus umb all die Anſprach, dye wir zu yem, und zu ſeinem Gotzhaus gehabt habn von den Zechentz wegen zu Minichaim in des Ayberleins Hoff, und ze Nozart den Herrn Hanns Waidenperger Conventual zu Aſpach, yem, und den Gotzhaus cheufleich chauft hat von unſern lieben Vettern den Sigershofern. In ſolcher Beſchaiden, daſs ich, mein Hausfrau, all unſer Eriben, und Nachkommen zu dem Apt, und zu dem Gotzhaus yetzunt, noch hinfür nimmer mer ewigleich noch ymmer chain Anſprach, noch Zuſpruch haben, noch gewinen ſullen noch yemant von unſer wegen weder mit Recht, noch an Recht von des obgenanten Zechentz wegen in chainerlay Weis. Was ich, mein Hausfrau, all unſer Eriben, und Nachkommen, noch yemant von unſer wegen mit dem Gotzhaus, und Apt ze Chrieg chämen, das wer mit Recht, oder an Recht geiſtlich, oder weltlich, des habent ſy an allen ſtät recht, und wir unrecht, oder wer den Brieff mit irem gutleichen Willen immer hat. Des ze Urchunt, und Sicherhait ich Sichart Aushauſer, mein Hausfrau, all unſer Eriben und Nachkommen geben wir in den Brief, verſigeltn mit unſeren aygen anhangunden Inſigel alles das ſtät zehalten, datz an den Brief geſchriben ſtet. Der Sach Anſprechen iſt geweſen *Her Wilhaim Frauenhoffer*, Taydinger und Zeugen ſind geweſen: *Matheus Ekker*, dye Zeit Pfleger zu Griespach. *Ulric Frauhaimer*, *Iacob Woppinger*, und mer erberge Leut genug. Das iſt geſchägen da man zalt nach Chriſti Gepurd vierzechen hundert Iar,

darnach in den ſibenzechnten Iar, an ſand Mathias Tag den heiligen zwelfpoten Tag.

Num. XLII. Venditio tabernæ. Anno 1423.

Ich *Wilhalm von Frawnhofn*, meins genadigen Hern Herzog Hainreichs &c. &c. Hofmeiſter, und iezund Verweſer ſeins Landes, bekennen offenlich mit dem Brief für mich, mein Hausfraun, und all unſer Erben, daſs wir mit wollbedachten Mut, und guten Willen, recht und redlich zu kaufen geben haben dem erwirdigen geiſtlichen Herrn, Herrn Iacobum Abbt zw Aſpach, ſeinen Gotzhaus, und den gantzen Convent daſelben, und allen iren Nachkommen, unſer Tabern zu Minichaimb, mit ſambt denen Keller, und allen Zymmern, und allen Ern, Rechten, Nutzen, und Geſtücken, als durch Recht, und von alten darzu gehört, und als wir diſelb innen gehabt, und genoſſen habn, nichts ausgenomen, treulich an alles Geuär, umb ein ſoliche Summen Geltz, und der wir gäntzlichen zu rechten Weil, und Zeit an allen Schaden, nach unſern Benigung, von in darum entricht, und bezahlt worden ſein. Und darumb ſo geben wir in dy obgenant Tabern mit aller ir Zuegehorung aus unſern Nuz, und Gewer an Irrung, und Geverr, daſs ſy hinfür ewiglich innen haben, handlen, nüeſſen, und nutzen ſullen nach aller irr Notdurft, als ander irr aygen Gut, wie ſy verluſt. Wir habn in auch die obgenant Tabern beſtät, und richtig gemacht mit aller Beſtät, und Richtigung, als durch Recht darzu gehert, und uns der alſo gantzlich verzichen, ſo daſs wir noch ſynſt nyemand anderer von unſer wegen chain Anſprach, Vorderung, noch Recht darnach nimmermer gehaben, noch gewingen ſullen treulich an Geuürd, in chainlay Weis. Wir ſullen und wellen auch des Chaufes ir treu Geweren Furſtand, und Vertreter ſein mit den Rechten, wie, und als oft an des Noth beſchicht,

als

als des Lantz, und der Herſchafft zu Ernekk Recht iſt. Täten wir des nicht, was ſy dann in obgenanten Gewerſchafft Schaden nammen, wie der Schad genent wär, den ſullen ſy haben, datz uns, unſeren Trew, und auf allen unſeren Gut, nichts ausgenomen, datz ſoll in Pfant darüber ſein, als lang und ſo vern, untz daſs ſy ir Nutz, und Gewer dantzlich an allen Schaden durchgſeſſen habend treulich an Geuärd, was wir mit in, oder wer den Brief mit irem guten Willen innen hat zaigt oder fürbringt, chriegen, oder rechten wolten, geiſtlich, oder weltlich, das habend ſy an aller ſtat behalt Recht, und gewünnen, und wir gen in gantzlich verloren. Zu Urkund detz Briefs, den wir in darumb geben, beſigelten mit meinen aygen anhangunden Inſigel, darunter ich mich, mein Hausfraw, und all unſer Erben zu einander verpunden alles das zu enden, war, und ſtät zu haben, das oben an verſchriben iſt trewlich, und an Geuärt. Das iſt geſchechen als man zält von Chriſti Gepurt vierzechenhundert Iar, und darnach in den drei und zwanzigiſten Iar, am ſand Iorgn Tag des heiligen Ritter und Nothelffer.

Num. XLIII. Conſtitutio donarii a Parochiis quibusdam perſolvendi. Anno 1426.

Leonardus Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Patavienſis, ad perpetuam rei memoriam. Exigit gravitas oneris dignitatis Pontificialis nobis iniuncti previgili meditatione attendere, ut ordinationes, Monaſteriis nobis ſubiectis, in favorem deliberatione matura facte, noſtra authoriſatione in ſuo vigore permaneant & inviolabiliter conſerventur, per hoc Deo omnipotenti complacere, ac perſonis Religioſis ipſi Deo militantibus commodum credimus procurare. Et quia in quodam privilegio coram nobis pro parte venerabilis in Chriſto ſincere dilecti Abbatis, & Conventus

tus

tus Monaſterii in Aſpach, ordinis divi Benedicti, noſtre Dioeceſis, producto, ordinationes, & ſtatuta infra ſcripta intelleximus per quendam Dominum Wernherum Epiſcopum Patavienſem predeceſſorem noſtrum bone memorie fore roborata, & confirmata, placuit nobis & placet eiusdem noſtri predeceſſoris veſtigiis quantum cum Deo poſſumus, inherere, ipſa ſtatuta, & ordinationes iterato ſtatuere, & innovare. Quia licet olim plebes Eccleſiarum parochialium infra ſcriptarum videlicet in Trüſtern, Piernbach, Minſter, Karpfhaim, Weichenmöting, Wierting, Minichaim cum ſuis filiabus annexis eiusdem noſtre Dioeceſis, ſingulis annis certis temporibus Eccleſiam noſtrum Patavienſem cum reliquiis ſuis viſitare de iure, & antiqua, & approbata conſuetudine tenebantur: attendentes & conſiderantes, & nos propter aliquarum nimium diſtantiam viarum dictis plebibus nimis fuiſſe, & eſſe oneroſum, quare ex eisdem, & aliis cauſis moti, quibus etiam, prefatus noſter Predeceſſor dicitur motus fuiſſe, predictam viſitationem duximus ex certa ſcientia commutandam; ſtatuentes, & ordinantes harum ſerie, & de nova authoritate noſtra ordinaria, ut de qualibet domo in dictis noſtris parochiis conſtituta in futurum perpetuis temporibus ſingulis annis in prefate viſitationis compenſationem per earundem domorum inquilinos pro officio cuſtodie & pro emendandis & conſervandis ornatibus dicti Monaſterii in Aſpach, unus denarius realiter cuſtodi in Aſpach pro tempore exiſtenti tradatur, & aſſignetur; & modo & forma, prout prefati Abbas & Conventus in eisdem denarii perceptione, poſſeſſione & usque ad legitimam preſcriptionem fuerunt, prout ſunt ſalvis ſubſcripti, pacifici & quieti. Et quia intelleximus eosdem denarios per dictarum Eccleſiarum parochialium Rectores negligenter collectos, aliquoties etiam per eosdem in iniuriam ſupradictorum Abbatis, & Conventus imburſatos, ita quod hodie dicta cuſtodia in huiusmodi denariorum perceptione plurimum extitit defraudata,

data. Nos igitur nolentes dictam iniuriam per amplius ſufferre ac tolerare, ſupradictis Eccleſiarum parochialium Rectoribus, eorum Vicariis, eorundemque vices gerentibus ſub poena excommunicationis late ſententie; quam in eos, & ipſorum quemlibet ex nunc prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, Canonica tamen monitione premiſſa; ſi ipſi preſens mandatum noſtrum fuerint quoque fraudis commento transgreſſi: diſtricte precipientes mandamus, quatenus quilibet predictorum plebes ſibi ſubiectas ad dicti denarii ſolutionem ſingulis diebus dominicis, & feſtivis, quando ad audienda divina fuerint congregate, fideliter & ſolerter introducat, ac eiusmodi denarios nomine dicte cuſtodie tollat, levet, & colligere fideliter non omittat, prout alias fuit conſuetum, & non ſolventes ac ſolvere contradicentes per ſacrorum eccleſiaſticorum ſubtractionem, & baptiſmum parvulorum ſerioſe compellat, ut huiusmodi collectam dicto cuſtodi preſentare integre & fideliter ſtudeat, ac aſſignare; precavendo omnino ne aliquis ipſorum preter expreſſum conſenſum dicti cuſtodis in Aſpach & voluntatem quidquam uſurpet, aut imburſet ſub poenis ante dictis. Et ut hec preſens noſtra innovatio ordinatorum, ſtatutorum, & commutationum predictarum perpetuo & inviolabiliter obſervetur hanc litteram fieri & ſigillo noſtro appenſo communiri mandavimus dictis Abbati & Conventui in Aſpach tradendam & aſſignandam. Dat. Patavie prima die menſis Novembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto.

Num. XLIV. Unio Parochiarum. Anno 1438.

Antonius Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Bambergenſis venerabili, & religioſis in Chriſto nobis dilectis Ioanni Abbati, Georgio Priori, totique Conventui Monaſterii ſancti Mathei Apoſtoli & Evangeliſte in Aſpach, Ordinis S. Benedicti Patavienſis Dioeceſis ſalutem, & ſinceram in Domino cha-

ritatem. Sacre Religionis, ſub qua devotum ſedulo exhibetis altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut votis veſtris, illis preſertim, per que Monaſterii veſtri utilitas procuratur, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod fructus, redditus, & proventus dicti noſtri Monaſterii per S. Ottonem, & alios Predeceſſores noſtros Epiſcopos Bambergenſes fundati, & dotati, in quo nunc Deo diſponente regularis vigeat obſervantia; malitia temporis cauſante, adeo tenues ſint, & exiles, quod ipſi pro ſupportatione onerum ſibi incumbentium minime ſufficiant: hincque nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus, ne ob fructuum, redituum & proventuum huiusmodi tenuitatem & penuriam a dicta incepta obſervantia reſilire cogeremini, quin potius feliciter continuari, & ſalutare incrementum ſuſcipere valeat, vobis & dicto Monaſterio de congruo ſubventionis auxilio paterna proviſione ſuccurere, & in huius finem, & effectum, collationem, ſeu ius preſentandi parochialis Eccleſie B. Marie in Eringen dicte Dieceſis ad nos pertinentem, ſive pertinens vobis, ac ſucceſſoribus veſtris, ac dicto Monaſterio donare, atque ut eadem parochialis Eccleſie una cum S. Anne prope Eringen iam dicto, ſeu in Marchia eiusdem, S. Ioannis in Pillnau, & S. Ægidii in Matihingen ſitis filiabus Eccleſiis, ſeu Capellis, nec non omnibus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & obſervationibus ſuis eidem Monaſterio pro onerum predictorum relevamine perpetuo uniri, annecti, & incorporari poſſit, noſtrum conſenſum adhibere, & impertiri dignaremur. Nos igitur Antonius Epiſcopus prefatus veſtigiis Predeceſſorum noſtrorum inherendo votis veſtris, quos divinis laudibus, & ſacre Religionis obſervantie intendere perſpicimus, ſpeciali proviſionis gratia ſuccurrere favorabiliter conſiderantes, collationem, & ius preſentandi huiusmodi divine remunerationis ac premiſſorum

rum

rum intuitu vobis, & ſucceſſoribus veſtris, ac Monaſterio prefato ſalvis ſubſcriptis liberaliter in perpetuum donamus, utque dicta parochialis Eccleſia B. Marie in Eringen, una cum filiabus Eccleſiis, ſeu Capellis, ac univerſis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & obſervationibus prefatis predicto Monaſterio in dictorum ſibi incumbentium onerum relevamen in perpetuum uniri, annecti, & incorporari poſſit, & valeat, ita, quod cedente vel decedente Rectore ipſius Eccleſie, qui nunc eſt, vel ipſum quomodolibet dimittente, liceat vobis per vos, vel alium, ſive alios poſt huiusmodi unionem, annexionem, & incorporationem, poſſeſſionem corporalem eiusdem Eccleſie apprehendere, & perpetuo retinere, ipſiusque fructus, redditus, & proventus in veſtrum, & dicti Monaſterii uſus convertere valeatis: noſtre tamen, & ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum Bambergenſium pro tempore menſe Epiſcopali pro huiusmodi fructibus, redditibus, & proventibus triginta tribus florenis auri Hungarici legalibus, & dativis in ſignum vere & realis ſubiectionis veſtrum, & dicti Monaſterii ac dependentie eiusdem Monaſterii ab Eccleſia noſtra Bambergenſi: ita etiam, quod Abbas dicti Monaſterii pro tempore de ſuſceptione regalium, & adminiſtratione temporalium ab Epiſcopo Bambergenſi pro tempore prout hucusque frequenter fieri conſuevit, infeudari, ſeu de illis inveſtiri debeat per vos & ſucceſſores veſtros ſingulis annis perpetuis futuris temporibus circa feſtum S. Martini Epiſcopi nobis, & eisdem ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Bambergenſibus ipſius Monaſterii veris Patronis ad civitatem noſtrum Bambergenſem veſtris & veſtrum ſucceſſorum ſumptibus, damnis, & expenſis realiter miniſtrandis, ac perpetuo Vicario Clerico Seculari ſeu etiam uni ex fratribus veſtris ad hoc idoneo ad veſtri preſentationem in dicta parochiali Eccleſia toties quoties inſtituendo, iuxta iuris diſpoſitionem congrua portione, de qua idem Vicarius pro tem-

pore commode ſuſtentari, epiſcopalia iure ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare valeat de dictis fructibus, redditibus, & proventibus in perpetuum reſervatis, noſtrum adhibuimus & tenore preſentium benevolum & expreſſum adhibemus conſenſum, pariter & aſſenſum: hoc ſalvo, quod ſi unio, annexio, & incorporatio pretacte ſuum preoptatum non ſortirentur effectum, donatio & alia premiſſa nobis & Eccleſie noſtre Bambergenſi preiudicare, noſtriſque & eiusdem Eccleſie noſtre iuribus in prefata parochiali Eccleſia & ad eam nobis & ipſi Eccleſie noſtre quomodolibet competentibus derogare penitus in nullo debeant quoquo modo. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras exinde fieri, & per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Dat. & Act. Nurenberge noſtre Bambergenſis Dioeceſis in maiori ſtuba domus habitationis providi viri Friderici Uſmer oppidani Nurembergenſis ſuo anno a nativitate Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo octavo indictione prima Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Eugenii divina providentia Pape quarti, anno octavo, die vero Veneris, decima octava menſis Iulii hora veſperorum, vel quaſi, preſentibus ibidem venerabilibus noſtris devotis Ioanne Schanck, Decano B. Marie in Teürſtat extra muros Bambergenſes, Nicolao Rottenhan Canonico Herbipolenſi, & Magiſtro Alberto, Rectore Parochialis S. Sebaldi in Nurnberg predicto Eccleſiarum teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Num. XLV. Memoriale Debitor. Anno 1438.

Thomas permiſſione divina Abbas Celle Principum ordinis Ciſtercienſis, Patavienſis Dioceſis, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalu-

lutem in Domino. Quia coram nobis perſonaliter conſtitutus venerabilis in Chriſto Pater, ac Dominus Ioannes Abbas Monaſterii in Aſpach ordinis ſancti Benedicti Patavienſis Dioceſis, de fundatione, & dotatione Reverendi in Chriſto Patris, ac Domini Domini Bertholdi Dei gratia Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopi, ſuorum quoque ſucceſſorum animo, & intentione modernum Reverendum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Antonium eiusdem Eccleſie Babenbergenſis Epiſcopum clarius informandi, videlicet qualiter dictum Monaſterium in Aſpach non tot, & tantis gaudeat redditibus, quemadmodum in principio ſue fundationis ſit proviſum, & fere multis ſolatiis deſtitutum. Allegavit etiam, & propoſuit, quomodo certa privilegia ſupra redditibus dicti Monaſterii edita, & conſcripta in exuſtione ipſius Monaſterii forent per ignis voraginem conſumpta, nec non huiusmodi Monaſterium ſuum in multis, & diverſis debitis ſit oneratum, Hec, & alia verificandum preſcriptus Dominus Ioannes Abbas honeſtos, ac providos viros Stephanum Rauniger, Matheum Linder, & Georgium Mulhueber Cives Patavienſes coram nobis in medium produxit, qui omnes, & eorum quilibet depoſuerunt fide data loco preſtiti iuramenti, quomodo dictum Monaſterium Aſpacenſe multis debitis, & oneribus ſit involutum, prout in quadam ſchedula per ipſum Dominum Abbatem coram nobis producta, & per notarium ſubſcriptum lecta de verbo ad verbum plenius continetur &c. Ideoque debita preſcripta pro maiori verificatione licet tamen aliqua ex eisdem per modernum Dominum Ioannem Abbatum, etiam eo ante tempore exiſtente procuratore eiusdem Monaſterii in Aſpach, ſint pro parte ſoluta, ad petitionem eiusdem Domini Abbatis hic inſeri, & inſcribi eiusmodi ſchedulam iuſſimus, & per Notarium publicum ſubſcribi, noſtriqun ſigilli appenſione iuſſimus communiri. Super quibus etiam idem Dominus Ioannes Abbas petiit ſibi tot, quot fuerint neceſſaria

publica confici inſtrumenta. Datum, & actum Batavie in domo habitationis noſtre anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo octavo indictione prima, die vero quarta decima menſis Martii hora meridiei, vel quaſi. Pontificatus S. S. in Chriſto Patris, ac Domini noſtri Gregorii divina providentia Pape quarti, anno eiusdem ſeptimo, preſentibus ibidem honorabilibus, ac providis viris Ioanne Langkamer Magiſtro, Petro Helm Civibus Civitatis Patavienſis, Ioanne Probſt Armigero, & Aswalde de Fürſtenzell, Marſtallario noſtro Laicis Patavienſibus Teſtibus ad premiſſa vocatis pariter, & rogatis.

Num. XLVI. Conceſſio Mitræ. Anno 1468.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Ioanni Abbati, & Conventui Monaſterii Aſpacenſis, ordinis ſancti Benedicti Patavienſis Dioceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Expoſuit veſtre dilectionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt, quod nos Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu Abbas, & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerint, mitra, annulo, & aliis pontificialibus inſigniis libere uti poſſitis, nec non, quod in dicto Monaſterio, & Prioratibus eidem Monaſterio ſubiectis, & Parochialibus, & aliis Eccleſiis ad vos communiter, vel viciſſim pertinentibus, quamvis vos pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolennem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolennia, dumodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiſtes, vel ſedis apoſtolice Legatus preſens non fuerit, elargiri poſſitis: felicis recordationis Alexandri Pape quarti Predeceſſoris noſtri, que incipit Abbates &c. &

aliis

aliis conſtitutionibus apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus vobis, & eisdem ſucceſſoribus authoritate apoſtolica de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere. vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Dat Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo octavo. Duodecim Calend. Februarii Pontificatus noſtri anno quinto.

Num. XLVII. Privilegia ſacra. Anno 1490.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Ioanni Abbati, & Conventui ſancti Mathei in Aſpach ordinis S. Benedicti Patavienſis Diocefis ſaluten, & apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtre devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum ſancti Mathei in Aſpach ordinis ſancti Benedicti Patavienſis Diocefis dignis honoribus attolamus. Hinc eſt, quod nos, vos, & veſtrum ſingulos a quibuscunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque eccleſiaſticis cenſuris, & penis, a iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis affectum duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati: tibi fili Abbas, & ſucceſſoribus tuis prefati Monaſterii Abbatibus pro tempore exiſtentibus, ut Calices conſecrare, mappas, & caſulas, & alia ornamenta eccleſiaſtica, quecunque ad divinum cultum neceſſaria benedicere, ac Eccleſias dicto Monaſterio immediate ſubiectas, quoties illas per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis violari contigerit, aqua prius per aliquem Catholi-

tholicum Antiſtitem, ut moris eſt, benedicta reconciliare, nec non Monachis dicti Monaſterii minores ordines conferre, libere, & licite valeatis. Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, illa preſertim, que precipit reconciliationem huiusmodi per Epiſcopos duntaxat fieri, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus Monaſterii, & ordinis predictorum iuramento, confirimatione apoſtolica, vel quavis alia roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obſtantibus authoritate apoſtolica tenore preſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat Rome apud S. Petrum anno Inncarnationis Dominice milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo, quinto decimo Calendas Iulii Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. XLVIII. Confirmatio papalis Privilegiorum. Anno 1494.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervotum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui ſancti Mathei Apoſtoli, & Evangeliſte in Aſpach ordinis ſancti Benedicti Patavienſis Dioceſis ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtrum, tam vigor equitatis, quam rigor exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri protectione ſuſcipimus, & noſtra; omnes quoque immunitates,

&

& libertates a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alia indulta vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium actionum a Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis, & eidem Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, cenſus, redditus, domos, caſalia, grangias, hortos, vineas, poſſeſſiones, agros, campos, prata, paſcua, nemora, ſylvas, montes, aquas, aquarum decurſus, ſtagna, lacus, piſcarias, iura, iurisdictiones, & alia bona ad Monaſterium dictum ſpectantia, nec non B. Virginis in Ering, & S. Emerami, ſive S. Mauritii in Munichaim, & S. Ægidii in Malching capellas filiales dicte Dioceſis, & alia beneficia eccleſiaſtica, que eidem Monaſterio unita, ſeu incorporata exiſtere, ſive vos in uſus proprios obtinere aſſeritis, ſicut ea omnia iuſte, & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio authoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Dat Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo quarto. Pridie Calend. Iunii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. XLIX. Parochia Ering. Anno 1519.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Patavienſi, & dilecto filio Michaeli Huepher Canonico Eccleſie Patavienſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis Ægidius Abbas, & Conventus Monaſterii in Aſpach ordinis ſancti Benedicti Patavienſis Dioceſis, quod *Petrus*

Paumgartner ex Fraunſtain, & quidam alii Clerici, & Laici dicte Diocefis ſuper nonnullis decimis ad dictum Monaſterium ratione parochialis Ecclefie beate Marie in Ering, dicte Diocefis, prefato Monaſterio, ut ipſi conquerentes aſſerunt, canonice unite ſpectantibus, ac bonis, & rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint exorandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit, decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis, veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Dat Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo, quingenteſimo, decimo nono. Idibus Aprilis Pontificatus noſtri ſeptimo.

Num. L. Jura Fundaria, & alia.

Hie iſt ze merken, was das Cloſter zu Aſpach Freyheit, und Recht hat zu der Hochkuchl, und von dem Wald Herrenhalbs Wald auf der Sumeraw.

Item, zu dem erſten iſt Gewohnhait, daſs ein yeglicher Prelat, oder ſein Gewalttrager hinein reuten ſol, allweg des Suntag nach ſand Gallen Tag, es ſey dann, daſs in Ehafft noth ſeyn, ſo mag er es verlegen, auf ein andern Tag.

Item, darnach wann es dann der Herrſchafft fueglich iſt, ſo ſoll unſer Amtmann alle unſere aigne Leut, die unter uns, und auf unſern Urbarn ſizen, vordern gemainiklich auf denſelben Tag, und Yederman anklagen, und füerbringen, was ſein Nothdurfft iſt, und all Sach, wie dy genent ſind, nichts ausgenomen.

Item,

Item, ſo ſoll man kain Taitung legen, noch haben anderswo, dann auf des Gotzhaus gründen und poden, und vor uns, oder unſern Anwald.

Item, darnach haben wir auch Gewald Richter ze ſezen, wer uns allerbeſt fuegt, und gevelt, und unſern Leuten, oder under unſern Hofgeſind, daſs mir mit uns hineinbringen.

Item, darnach wer Erb, und aigen von uns inhab, wie das genant iſt, der ſoll an derſelben Stat vor uns, und unſern Richtern anklagen, was ſein Recht, und Notturfft iſt, und anderswo nindert kain Recht ſuechen, oder vodern, dann in unſern Taytungen, wo er das überſuer, ſo hat er alle ſeine Recht gen uns, und unſern Gotshaus verloren.

Item, wann ainer zu andern heurat, und ainer dem andern ir Morgengab zaigen, und übergeben will ſein Erbrecht für die Morgengab, auf unſern Urbarn, daſs ſoll vor uns &c. oder unſern Amtmann geſchechen, und dy Frau ſoll es dann von uns raichen nach Genaden, und daſs ſoll geſchechen in den vierzechenden Tag. Desgleichen auch, ſo ainer kaufft, der ſoll auch in der vorgenanten Zeit für meinen Herrn kommen.

Item, es iſt auch recht, wann wir unſer Taydting darinn vollenden, und wer dann vor uns angeklagt hat, und ob er ſein begert, ſo ſullen wir in ainen Recht Tag beſchaiden, hinnach über einen Tag, und unſern Richtern darüberſezen, und unſern Ambtmann, oder wer uns darzu gevelt, der ſoll es da richtig machen mit dem rechten. War aber, daſs Ymannt da dingen wolt, der ſoll nyndert hin anderswo dingen, dann genn Aſpach für uns, und da ſoll es bericht werden, und nit verer kommen.

Item, ob ainer dem andern obligt, mit dem Rechten, und in der Schaden nit engeben wolt, ſo ſoll er in anklagen umb

dy Schäden vor unſern Richtern, und anderswo niegend, in khainer Schrann, dann da das Recht gevelt iſt worden, nach ſeiner Anklag, wie dy genant iſt, und darum, ſo ainer anklagt, ſo ſoll der Widertail von erſt ainen Beſtant thuen, hat er aber ain Halbpfund Gelts unter uns, ſo darf er kains Beſtand nicht: auch iſt, daſs ainer ſeinen Erbtail verleuſt, ſo bedarff er im der Schaden nit abtun, wann er ſunſt Schaden genueg genommen auch enpriſt er in dem Rechten, ſo ſoll er meinem Herrn das Wandel verfallen ſein, desgleichen auch der Herrſchafft.

Item, auch ſoll man nichts verſezen, noch verkauffen on des Gruntherrn, oder unſer Amtleut wiſſen; wer das überfuer, ſo ſoll man ſich des Gelts, und der Gründt unterwinden, als lang bis ſy dem Gruntherrn darum recht werden, und genüegen thuen.

Item, wer aber das ainer mit dem andern ze ſchaffen hett, von Markh wegen, wie das genant iſt, daſs ſoll unſer Amtmann zwiſchen im richtig machen, und mag er es mit der Lieb nit richtig machen, ſo ſoll der Amtmann einen Rechttag in darum ſuechen, und ſoll dann mit dem Rechten gericht werden.

Item, wer ein Erb hingeben will, der ſoll das hinfaillen vor uns, und unſern Richter im der offen Schran, und wellen dann dye Eriben von im nit hauffen, ſo mugen ſy es geben, wenn ſye verluſt, nach unſern Rath, und willen einen gemainen Paumann, und ob er des nit tun wolt, ſo mügen wir in woll mit dem Rechten darzubringen, daſs er es thuen mueſs.

Item, ob ainer zu den andern hab ze ſprechen, von Erbrecht wegen, der ſoll in anklagen in unſer Taidtungen, ſo wir, oder unſer Richter ſizen an der Schran, thuet er des nit,

ſo

ſo ſizt er das Iar mit Rue, und ſoll in anderswo nindert anklagen in kainer Schran, noch Herrſchafft, dann der unſern.

Item, wer ein Erb hingibt, wie tewr er es gibt, der iſt uns, und unſern Gotzhaws von ieglichen Pfund dreyſſig Pfening ſchuldig zu geben.

Item, wer ain Erbſchafft kaufft, der ſoll es raichen von uns und unſern Gotshaws und unter des Gotzhaws, und unſern Inſigl verſigelt werden, und wer des nit tuet ſo iſt uns das Guet, und die Eribſchafft leedig und los worden nach Genaden, und wenn man nun gebetten hat um das Inſigl, und ſo es etwer in Pott leget, ſo ſoll es nit lenger dann drey Tag, und drey vierzehntag in Bott ligen, und ſoll dann mein Herr fürbas ſigln.

Item, auch iſt ze merken, wann wir unſer Taidting darine haben, ſo ſullen unſere Lewt von uns nit kommen, bis daſs wir mit in gereden umb ain Stewr, und dy ſoll geſchechen nach unſern Genaden, und nach Landsrecht, als es in dem Iar geſtalt iſt.

Item, wo unſer Amtlewt ſizen, wan wir zu Taydting reyten, ſo ſullen wir ain Nacht Zil haben, und ſullen unſer Lewt ſuettern, und Hüner dabringen, als vor Alter herkomen iſt.

Item, wenn der Ambtmann ainen pewtt zu unſern ehehafften Taydting, und kumbt dem Pott nicht nach, ſo iſt er um VI. Pfening zu den andern Pott um XII., die darnach allweg *zwiſpilt* es ſich bis auf XII. Schilling dn.

Item, wir haben auch da unſer Todlayb wenn unſere Hinterlaſſene mit dem Todt abgennt, daſs dann das beſt Stuckh iſt nach dem Peſten, das ſoll unſer ſein, und ſulls dann die Frawen nach Genaden leihen.

Item, wen unſer Amtman mit dem Tod abgehet, ſo ſull ſein Hausfraw, und Erben, des unſers Gotzhaws Amtmans Roſs, darauf er das Amt beritten, mit dem Satl, Swert, und Sporen, in unſer Gotshaus mit ſeinen Zugehören ſtellen in unſern Marſtall, und das mügen wir in dann zu loſen geben nach Genaden, und der Frawen leichen hinwider das Guett, da ſi auffizet.

Item, dy verſchriben Recht gen Hochkuchl mag man wol auch gehaben, und leſts auf der Awrach im Attergew zw diſen Rechten.

Num. LI. Excerpta Genealogica ex Monumentis Aſpacenſibus.

1235. *Ortolfus & Heinricus fratres de Waldek.*
1291. *Wernhard, Heinric. & Heinric. de Heinzing.*
1295. *Otto de Marsbach.*
1300. *Peter der Auer von Gokkendorf, Alb. Rorer, Conr. Haibek, Frid. Rorer, Schweiker Schmatz.*
1303. *Albero miles de Reihenwerch.*
1313. *Werner de Schalcheim, Frid. Reicher, & Otto die Siegenheimer, Conrad. de Tobelheim, Nicol. de Sta'n.*
1314. *Wolfhart von Leubenek, Ott ſein Sun, Alheid uxor, Crafft Pater eius, Reichgart mater, Ortolf frater, huiusque uxores Oſmei & Anna.*
1319. *Wernhart von Schalcheim, Reiger von Siegenh. Conr. von Tobelh. Eberh. der Prenzh. Ruger de Reut, Otaker Senior de Schalchaim, Conrad der Sulzbeck.*
1320. *Conr. Frid. Ulr. fratres Poppenberger.*

1325.

1325. *Otto von Siegenhaim.*

1335. *Heinr. Tobelheimer, Friderich der Siegenheimer. Carl von Rain.*

1338. *Hademar de Waldek, Ortolf frater eius.*

1341. *Friderich Mutarius de Burghauſen, Burgravius Schardingenſis.*

1342. *Conrad de Sulzbach, Margar. uxor. Alb. de Rotau.*

1343. *Otto Siegenheimer, Reicherus frater eius.*

1345. *Ortolf Pater, Ortolf filius, Ademar ſein Vetter von Waldek.*

1345. *Arnold. von Maſſenhauſen, Landvogt in Bairen, Oham uxor.*

1348. *Otacker der Scalchaimer.*

1353. *Regenhard de Oetling.*

1354. *Reicher. Ulr. Fridr. fratres de Sigenheim.*

1363. *Dieter. Ioh. Werner. Hartlieb, Werinhart die Schenken.*

1371. *Conrad der Gaſtel, Ritter.*

1377. *Gerhard der Kelbinger, Richter zu Scharding.*

1378. *Leonh. Poppenberger, Engelram Schoenaicher.*

1379. *Iohan Siegenheimer, Frid. Pater, Geuta mater eius, Simon der Sigenheimer.*

1385. *Rulant, Peter, Marcw. fratres die Sintzer, Georg von Waldek Viztum in Niederbaiern, Heinrich von Lenwerch, Richter zu Burghauſen, Heinr. der Glantz, Conr, Neislinger, Stephan Ekker.*

1386. *Conrad. Tobelheimer, Ruger Ruesdorfer, Conrad Haibek de Haibach.*

1387. *Karel von Hagenau, Pfleger zu Ernek, Ulr. Wachlinger, Wernhart der Auer, Andre Woppinger, Conrad Haibek, Iacob Toblheimer.*

1392. *Conrad der Satelboger, Chriſtann der Ramstorfer.*

1392.

1392. *Ulric. Ottenperger, Heinr. von Anger.*

1394. *Reicher de Ahaim, Pfleger zu Griesbach.*

1402. *Andree & Leonhard die Weſterkircher.*

1402. *Thomas der Radlkofer, Matthes der Ekker.*

1404. *Georg Cloſner zu Stubenberg, Alram Gloſner de Gering ſein Vetter.*

1406. *Achatius Camerauer zu Ciſterzheim.*

1409. *Ioh. & Wilh. fratres Tobelheimer.*

1411. *Iacob Woppinger, Ab. Etinger, Ioh. Smatz.*

1412. *Sighard Aufhauſer, Georg Kloſner zu dem Stubenberg, Simon Sigenheimer, Wilhelm von Frauenhofen, Hofmeiſter zu niedern Bairn, und Vogt des Gottshaus Aſpach, Ioh. Diepolzkircher, Matth. Ekker, Leonhard Weſterkireher.*

1413. *Reicher Siegenheimer.*

1415. *Ulr. Fronheimer, Pfleger zu Ernekk. Wilhalm von Frauenhofen.*

1416. *Ioh. Sieghofer, Eraſm. filius eius, Erhart der Menghofer.*

1416. *Georg Ruesdorfer, Pater Ruger, avus Wernhard, Iacob Wopinger.*

1419. *Nikla Vilſer.*

1430. *Iohan Kloſner zu Stubenberg, Pfleger zu Ernek.*

1436. *Gotfrid und Iohann die Raſpen.*

1438. *Heinr. Graf von Ortenberg, Pfleger zu Grieſsbach.*

1438. *Ioh. Hinzenhauſer, Pfleger zu Scharding.*

1439. *Georg Zeller, aus den Riedau, Wernhard Weſſenpek zu Swent, Paul Aichberger.*

1442. *Wilhelm Auer, Pankrattz Glatz zu Peurbach.*

1442. *Warmund Pienzenauer, Magdalena de Sigenheim, Reicheri filia uxor eius, Stephan der Kloſner, Martin Griestetter, Georg Allerpek, Anton Pullinger.*

1444. *Siegmund Apfentaler.*

1448. *Frid. Pienzenau zu Harmanſperg, Magdalena uxor, Toma Siegenhaimer.*

1449. *Caſpar Popenperger.*

1450. *Heinrich Stoker, Wolfgang Peunter.*

1450. *Caſpar von Iorge, Pfleger zu Peurwang, Adam Seidfristorfer.*

1450. *Rup. Haibek zu Haibach, Georg Seibersdorffer.*

1450. *Iohan Holenfelder zu Achtersheim, Pfleger zu Kamer, Gebold Heiſerstorffer, Pfleger zu Ried, Benedict Babenſwant.*

1451. *Stephan, Friedrich, fratres de Tobelheim.*

1451. *Georg Woppinger.*

1451. *Ioh. Leuprechtinger, Landrichter zu Schærding, Bernhard Manndorfen, Michael Seighofer.*

1457. *Wilhelm Auer zu Tobel.*

1464. *Karl de Rotau, uxor N. de Preiſing.*

1466. *Ulr. & Iohan fratres Popenberger, de Innheim. Pankraz Glaz zu Peurbach, Ioh. Steyerer.*

1470. *Sieghard Aufhauſer, Wilhelm von Frauenhofen, Hofmeiſter.*

1477. *Gilg und Chriſtoph die Franhaimer.*

1479. *Georg Gruber zu Grub, Landrichter.*

1485. *Ioh. Waldauer, ux. Kathr. Wernh. Grueber, Landrichter zu Wildenek.*

1485. *Diepold Auer zu Tobel, Achatz Tobelheimer.*

1487. *Caſpar Preu.*

1487. *Karl von Rotau zu Madau, Ioh. Rudmund.*

1489. *Leonhard Woppinger zu Wopping, Georg Auer zu Tobl.*

1489. *Wolfgang & Andree die Wilſer von Rainting.*

1492. *Peter Angerer zu Grueb, Iuliana uxor, Heinrich Seibersdorffer.*

1493. *Georg Gunzkofer zu Haibach, Landrichter und Pfleger zu Scharding, Sebaſtian Stocker zu Uznach.*

1497. † *Andree Tattenbek von Oberntattenbach.*

1500. *Ioh. Peter Weſterkircher zu Pirnpach, Margar. uxor.*

1516. *Kaſpar Smatz.*

1531. *Georg & Ioh. Gevettern die Paumgartner zum Fraunſtein.*

1610. *Wolf Chriſtoph von Paumgarten zum Fraunſtein Ehrneck.*

MO-

MONUMENTA
SAN-VITANA.

PRÆFATIO.

San-Vitanum nobile ſodalium D. Benedicti coenobium, prope vicum Neumark, *Novumforum*, ad Rotam fluvium, in monte S. Viti conſtructum, tetrarchiæ Landshutanæ accenſetur.

Prima aſceterii incunubula Ditmarus comes de Leonberg, Dornberg & Tungau ſtatuit Elſenbaci; quæ villa eſt ad alterum fere a novo foro lapidem ſita; illudque eccleſiæ Salisburgenſi obtulit, reſervato ſibi ſuisque advocatiæ iure. Annales domeſtici, quos ſecuti ſunt Hundius & Aventinus, hæc omnia contigiſſe tradunt a. 1030. quin & longam, eamque ad amuſſim exactam, nectunt ſeriem Abbatum, qui monachis Elſenbacenſibus per

centum & quadraginta annos præfuiſſe dicuntur. At enim vero multa ſunt quæ ſuadere videntur, origines hasce ſeculo integro recentiores eſſe, inque an. 1130. rejiciendas.

Extant nimirum in ſcriniis San-Vitanis litteræ Eberhardi I. Salisburgenſium antiſtitis, circa an. 1155. exaratæ, in quibus Elſenbacenſe Monaſterium nomine *novellæ plantationis* nuncupatur; quod quidem encomium iniurioſum utique fuiſſet noſtris, ſi Elſenbacum, tunc per centum atque viginti annos iam floruiſſet. Nec illud ſilentio prætereundum, eosdem annales affirmare, monaſterium Elſenbacenſe an. 1030. VI. Kal. Octobr. inauguratum fuiſſe per Romanum Epiſcopum Gurcenſem. atqui vero in vulgus notum eſt Epiſcopatum Gurcenſem an. demum 1072. coepiſſe; ipſumque Romanum Epiſcopum vix ante annum 1125. pedum tractaviſſe. Quidquod ex iisdem, quas modo laudavimus Eberhardi I. litteris, tantum non eluceſcit, Elſenbacenſe monaſterium a Conrado I. Aepſo, qui ab anno 1106. usque 1147. Salisburgenſem metropolim

rexit,

rexit, primum accepiſſe parochialia iura. Neque tandem de nihilo eſt, quod Ditmarus fundator *avus* ſalutatur Wolframi Comitis Leonbergenſis, qui ad annum usque 1170. ſuper fuit. Scilicet: excedunt ſortem humanæ naturæ anni 180. quos inter natales avi obitumque nepotis interceſſiſſe, hoc utique pacto aſſerendum foret. Salva vero nobis erunt hæc omnia, ſi annum 1130. ſubſtituamus anno 1030. quem narrant annales San-Vitani. Incident hac ratione origines Elſenbacenſes in ævum Conradi I. Archiepiſcopi Salisburgenſis, quem diſciplinæ regularis reſtauratorem fervidiſſimum iam plus vice una celebravimus: nec iniuria erit *novellam plantationem* vocitaſſe Monaſterium, ante annos XXV. excitatum: neque anni neſtorei amplius tribuendi erunt Ditmaro & Wolframo noſtris.

Quicquid autem ſit horum omnium, illud ſaltem ex monumentis idoneis conſtat, Albertum Archiepiſcopum monachos Elſenbacenſes a. 1171. tranſtuliſſe in montem ſancti Viti, vico Wolfsberg, qui nunc Neumark ſive novum forum vocatur, imminentem. Pa-

Parum eſt quod de reliquis Monaſterii fatis referri queat, monumentis fere omnibus, quæ illa docerent, per incendia feralia, quæ ipſum intra unius ſeculi ſpacium ter vaſtaverunt, miſere deſtructis. Superſunt tamen nonnulla flammis ægre erepta, quæ iam primum ex autagrophis vulgamus, ſingularem humanitatem Rev. Abbatis *Mauri II.* muſarum noſtrarum fautoris eximii, mente gratiſſima teſtificantes.

SERIES RR. DD. ABBATUM SAN-VITANORUM.

EX ANNALIBUS DOMESTICIS.

Not. *Aſteriſco notantur, quos Elſenbacum rexiſſe ferunt.*

* 1. Ulricus el. 1030. † 1055.
* 2. Rupertus † 1095.
* 3. Petrus † 1104.
* 4. Albertus † 1120.
* 5. Hermannus I. † 1153.
* 6. Iohannes I. † 1153.

* 7. Ul-

* 7. Ulricus II. † a. 1155. † 1156.
* 8. Othmarus I. † 1171.
9. Heinricus I. † 1207.
10. Othmarus II. † 1230.
11. Rabanus † 1245.
12. Benedictus † 1253.
13. Weingotus † 1365.
14. Conradus I. † 1272.
15. Conradus II. † 1277.
16. Liebhardus I. † 1300.
17. Conradus III. † 1310.
18. Heinricus II. † 1322.
19. Rugerus † 1327.
20. Liebhardus II. 1331.
21. Sibrandus † 1345.
22. Conradus IV. † 1350.
23. Weinhardus † 1360.
24. Hermannus II. † 1365.
25. Conradus V. † 1380.
26. Iohannes II. Tolckner † 1395.
27. Andreas I. Tolckner † 1418.
28. Fridericus I. de Biburg † 1436.
29. Iacobus Poppinger † 1497.

30. Simeon † 1437.
31. Fridericus II. † 1444.
32. Heinricus III. Kraetzel † 1471.
33. Martinus † 1496.
34. Nicolaus † 1516.
35. Stephanus † 1537.
36. Gotthardes † 1548.
37. Andreas II. † 1561.
38. Iobus † 1563.
Gregorius.
Hieronymus.
Vitus. } Adminiſtratores.
39. Modeſtus el. 1583. † 1590.
40. Caſpar reſ. 1593.
41. Raphael † 1602.
42. Andreas III. † 1633.
43. Maurus I. † 1653.
44. Gregorius I. † 1687.
45. Bernhardus † 1695.
46. Marianus 1723.
47. Gregorius II. † 1764.
48. MAURUS II.

MONUMENTA SAN-VITANA.

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. Sententia ſup. Parochia Rantingen. An. 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Eberhardus Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Congruit neceſſitati & utilitati Eccleſiarum, ut lites inter eas dirimentes, contentionesque terminantes, litteris annotemus, quatenus tam preſentes, quam futuri temporis hominibus conſulentes, omnem nodum concertationis decidamus. Igitur notitie cunctorum manifeſtamus, qualiter altercationes Cenobii Elſenbacenſis, ac Plebani noſtri Ränttingin ad finem usque perduximus. *Dietmarus de Lungowe* pro remedio anime ſue, locum Elſenbacenſem, ut Abbatia inibi fieret, beato Rudberto tradens, poſſeſſiones alias honeſtas illi Eccleſie aſſignavit, in quibus apud Eccleſiam Ranttingin locum & domum manſionis ſue, ac predeceſſorum ſuorum tradidit: quo facto, prefatam capellam fieri Plebeianam expetens, interpoſita amicorum ſuorum pace obtinuit. Interpoſito autem tempore, hinc & inde plurime querele emerſerunt, inter Dominum Abbatem & Plebanum. Sic autem terminavimus, quod Dominus Abbas abdicavit proprietatem loci & domus predicte, que adiacens eſt Capelle, pro qua reſignatione aliam aream ibidem ad exſtruendum damus Abbati Udalrico, ſub eodem atteſtationis firmamento. Teſtes: *Epiſcopus Romanus Gurcenſis Eccleſie. Abbates: Gotfridus Ademontenſis: Wernherus Lavantenſis: Otker de S. Lamberto: Hezil de Ozzia.* Prepoſiti; *Romanus Gurcenſis: Gerhous Reichersbergenſis:* Decanus Salzburgenſis *Henricus.* Prepoſitus de Have *Adelbertus. Comes Wolfradus de Irtuen*, & filius eius *Udalricus. Hartmannus de Ranttin-*

gin. Rudigerus Adalramus de Elſinſach. Dietpoldus de Strazzii. Leo de Ranttingin, & multi alii. Actum Friſaci Anno Dominice Incarnationis M. C. LV. Indictione IIII. V. Idus Novembris.

Num. II. Donatio Parochiar. Herewage & Fichte. Anno 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Eberhardus Salisburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus Udalrico Abbati in perpetuum. Ad miſericordie opera exhortantem nos verbis ſacri Evangelii Dominum imitari cupientes, ſimulque Anteceſſoris noſtri veſtigiis inherentes, Monaſterium *novelle plantationis* apud Elſenbach cepimus venerari, & in temporalibus ſubſidiis fratribus ibidem Deo famulantibus auxiliari. Notum ergo facimus omnibus fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti profitentibus, qualiter Anteceſſor noſter duas plebes prefato loco deſignaverat Herbering, & Feuchten, ut, quia adiacentes eſſent denominato Coenobio, procurationem haberent. Procedente vero tempore, cum rei popoſciſſet utilitas, ad recidendam cauſam, que ſe immergere volebat, ad confortandum populum, qui transponi ad alium titulum nolebat, quod factum fuerat, renovavimus, & preſenti teſtamento cum impreſſione ſigilli noſtri illi Eccleſie ſtabilimus. Igitur Fili chariſſime Udalrice Abbas, te & locum tuum venerantes amplectimur, & ſub tuitione noſtra, & protectione tam te, quam omnia, que ad te ſpectant, recipimus. Huius rei Teſtes ſunt, *Henricus Abbas Salzburge, Gottfridus Abbas Admontenſis, Otto Abbas Milſtatenſis, Wernerus Abbas Lavantenſis, Wernhardus Abbas Fornbacenſis, Hezelo Abbas de Ozzia, Hugo Prepoſitus de Salzburg, Henricus Prepoſitus de Berthersgardh, Adalbertus Prepoſitus de S. Maximiliano, Arno Decanus de Reichersberge, Rodbertus Capellanus, Udalricus Comes de Huneburc, Gottfridus de Wietingin, Rodolfus*

ſus de Iunsber, *Hertnidus Marchward de Viſcha*, *Conradus de Berge*, *Etich*, *Cono.*

Num. III. Translatio Monaſterii ad Montem ſancti Viti. Anno 1171.

Notum ſit tam futuris, quam preſentibus quod quidam nobilis homo nomine *Adalbertus de Geren* tradidit dimidium manſum aput Petereschirichen & molendinum aput Gopingen & duo mancipia per manum nobilis viri *Roudegeri de Grounenpach*, ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Aldarſpach pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, huius rei ſunt Teſtes: *Heinricus & frater eius Dietricus de Poumgarten*, *Warmunt & Oudalric Scirere de Ratenpach*, *Wolfram miles Honegenbach*, *& milites eius Hermic & Ebo*. *Afram de Iſene*, *Adalbertus de Megelingen*, *Hawart de Emphingen*, *Wolfram & Wolfolt de Iſene*, *Oudalric de Cella*.

Noverint item omnes Chriſti fideles, quod quidam vir nomine *Roudeger de Smidedorf* tradidit quoddam predium quod videba-

debatur habere in eadem villa per manum nobilis viri nomine *Roudegeri de Grounenbach* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach & quatuor mancipia pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Num. VI. circa An. 1138.

Notum ſit omnibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam vir nomine *Gotefrid de Wirtingen* tradidit ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpac vineam unam apud Gerhalmingen & predium unum quod habebat aput Wirtingen, & aliud aput Srefouen, & mancipipium Pelegrim per manum nobilis viri nomine *Adrammi de Cambe.* Huius rei Teſtes ſunt: *Werenhart de Iulbach, Hartmann de Tanna, Pertold de Heidendorf, Outaker filius eius Outaker de Wenge, Counrad de Poutelſpach filius eius Counrat Wilehalm de Muleheim, Regenger de Pirenpach, Pertold de Tetelingen, Heinric de Helphowen, Chono de Hoſtat, Dietmar de Podingen, Dietric de Nopelingen, Pertoldus de Mouſingen, Counrat de Goupingen, Heinricus de Eitenpach, Gerhoc de Cambe, Henric & filius eius de Anzenſchirien.*

Notum facimus omnibus Chriſt fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Eſcuwin de Rafolteſtorf* tradidit predium quod ſitum eſt in eadem villa per manum nobilis viri nomine *Adalram de Cambe* ſuper reliquias ſancti Petri Alderſpach pro remedio anime ſue & uxoris ſue & omnium utriusque parentum. Huius rei Teſtes qui & ſuperius.

Notum ſit item, quod quidam homo nomine *Pernhard de Wenge* quoddam predium in loco qui dicitur Gumpretingen per manum nobilis viri Adalrammi de Cambe ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach delegavit. Huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

No-

Noverint quique Chriſti fideles, quod quidam vir nomine *Gundacher de Gumprectingen* delegavit predium ſuum, quod habere videbatur in loco Gumpretingen ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpac per manum nobilis viri *Adalrammi de Cambe.* Huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Item notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine *Margchart de Eſchelpach* tradidit predium ſuum quod ſitum eſt in eodem loco Eſchelpach, & vineam unam ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpac, per manum nobilis viri Adalrammi de Cambe. Huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Notum ſit tam futuris, quam preſentibus, qualiter *Adalramus de Cambe*, S. Margarethe Oſterhoven advocatus, rogatu Domini noſtri Ottonis Epiſcopi Babenbergenſis Eccleſie & noſtre tradidit ad Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpac predium quod habuit Eccleſia Oſterhoven in Alderſpach pro commutatione predii alterius, quod ſitum eſt in loco quĩ dicitur Ouluendorf. Huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Item notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine *Gerhart de Pramoue* tradidit quoddam predium, quod ſitum eſt in loco qui dicitur Luttpretingen ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach per manum nobilis viri nomine *Regenger de Stouſce.* Huius rei Teſtes ſunt: *Popo de Grounenperch*, *Rafold de Scounenperch*, *Oto de Otingen*, *Hartwith de Preitinperch*, *Heinricus de Anteſen.*

Num. VII. circa An. 1140.

Noverint Cultores ſancte Trinitatis, quod quidam vir nomine *Babo de Chradeheim* tradidit quoddam predium, quod ſitum eſt in eadem villa, ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach per manum nobilis viri *Macili de Chradehim.* Huius rei Teſtes ſunt:

ſunt: *Otacher & filius eius Marquart de Wenge, Pernhart de eadem villa. Peringer & Richer frater eius de Alderſpach, Roupert & Regel & Roudolf de eadem villa, Herman de Erlpach, Babo de Lintpach, Oudalrich de Stecheim.*

Item noverint, quod quidam homo *Regenger de Walde* tradidit quoddam mancipium nomine Engelrat, cum omni poſteritate ſua per manum cuiusdam *Dietmari de Oudelperge* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach pro quinque denariis annuatim ſolvendis. Huius rei Teſtes ſunt: *Peringer & frater eius Richer & Regil de Alderſpach, Pertol Lapifex Sigoboto de Sigoiswiſin, Ratol de Wirtingen.*

Notum ſit omnibus, quod nobilis vir nomine *Ratwin* & filius eius *Aralram de Eccleſia ſanEte Marie*, tradiderunt quoddam predium quod dicitur Route, ſuper Altare ſancti Petri Alderſpach, pro remedio anime ſue & patris & matris & omnium parentum ſuorum. Huius rei Teſtes ſunt: *Bruno de Weſterndorf, Oudalric & Roüdeger de Satalaren, Marquart de Cambe, Woſtrigel de Chapſingen.*

Num. VIII. circa An. 1140.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis vir nomine *Warmunt* tradidit quoddam predium in loco qui dicitur Chetedorf ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach, cum petitione fratris ſui *Roudegeri & filii eius Adalberi.* Huius rei Teſtes ſunt ipſe *Roudegerus & filius eius Adelbero de Grounenpa k, Rapoto de Paskengen, Engelſcal & Oudalric de Ratenpach, Pertol de Tetelingen.*

Num. IX. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſticolis, quod qnidam homines *Adalric & frater ſuus Heinrich de Friendorf* tradiderunt quodquod mancipium

cipium ſuper Altare ſancti Iohannis Apoſtoli & Ewangeliſte nomine Regenbertum pro remedio animarum ſuarum. Huius rei Teſtes ſunt: *Werenhart & frater ſuus Luitolt de Sigilſterf*, *Cuncil de eadem villa*, *Oudalrich de Friendorf*, *Adalbret de Wirtingen*, *Riche de Alderſpach*.

Item noverint Chriſti Cultores quod quedam mulier nomine *Iudita de Swainhaim* tradidit quoddam mancipium nomine Fridericum ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach, pro remedio ſue anime nec non parentum. Huius rei Teſtes ſunt: *Dietmar de Hirzbach*, *Rout bertus Ounderenholzen*, *Routmar*, *Reinhart*, *Regenolt de Swanhaim*, *Gerolt de Perge*.

Noverint item cuncti fideles quod nobilis vir nomine *Henrich de Henriceſtorf* tradidit quoddam predium ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach rogatu *Regengeri de Pirenpach*, per manum nobilis viri *Engelberti de Chiriberc* in preſentia advocati, pro remedio anime ſue & filie ſue Adelheit & omnium parentum ſuorum. Huius rei Teſtes ſunt: ipſe *Heinricus & Regingerus Counrat de Hitenſpac*, *Luitwin Ratispone*, *Tymo & Heinrich viri Advocati*.

Num. X. circa An. 1140.

Notum facimus univerſis fidei catholice fidelibus quomodo *Adalbertus de Hutte* ſuſcepit quoddam predium ad Wilrateſtorf ab Alderſpacenſibus cenobitis per manus *Adalrammi* per concambium alterius predii, quod ſitum eſt in villa, que vocatur Harbach. Huius rei Teſtes ſunt more Bavarorum per aurem tracti *Henrich de Henriceſtorf*, *Counrat de Heiteneſpach*, *Regenger Pirinpach*, *Eſcuwin de Rapholteſtorf*, *Hartman de Ouberechen*, *Engelbret de Cyriberc*, *Roupret Untereholzen*, *Remper de Wilrateſtorf*, *Luitwin Ratispona*, *Counrat de Gopingen*, *Nithart Kadelingen*, *Megenhart de Hutte*, *Tymo de Wolua*, *Lampret de Chrieſtorf*, *Heinrich de Spechen*, *Wezele de Hemingin*.

Num.

Num. XI. circa An. 1138.

Item noverint, quod quidam homo *Wernhart de Harbach* tradidit quandam mulierem nomine Diemout ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach* pro quinque denariis annuatim ſolvendis per manum cuius nobilis viri nomine *Otacher de Wenge*. H. r. t. ſunt idem *Otacher*, *& filius eius Richer*, *Oudalrich*, *& frater eius Eribo*, *Hezele*, *Werenhart*, *Regel.*

Num. XII. circa An. 1142.

Ego Aſcuinus Prepoſitus Alderſpacenſis notum facio omnibus poſteritatibus meis, quod quinque mancipia cum conſenſu fra rum meorum dedi ſuper Altare ſancti Petri Salzburch pro quinque aliis per manum Dom ni *Bertoldi des Teling.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homine *Piernhart de Wenge*, tradidit quoddam mancipium ſuper Altare S. Petri Apoſtoli *Alderſpach*. H. r. t. ſ. *Pertolt*, *& frater eius Oudalricus de Heidorf*, *Wichart*, *& frater eius Adelbret de Heberingen*, *Engelpet de Perindorf*, *& frater eius Heinricus Eberleum*, *Willehalm de Miſtelpahe*: *ſub prepoſito Aſcwino.*

Num. XIII. circa An. 1134.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, ego *Uzo* licet indignus cum uxore mea *Irmengarde* nomine, familie ſancti Stephani Batavienſium Patroni annumeratus, famulum meum *Geroldum* pro ſalute anime mee ſuadente predicta *Irmengarde* Conſorte mea chriſtianiſſima absque contradictione heredum meorum Altari in *Wenge* in honore S. Marie Matris Domini conſtructodelegavi; quatenus ipſe annua revolutione more cenſualium ad idem Altare quinque denarios oferat; que delegatio utiliter facta eſt ſub manu, & teſtimonio memorabilium virorum. *Cunrandi de Budelesbahc libere conditio-*

ditionis viri, & *Conradi filii eiusdem Heinrici de Emriehesdorf*, *Odaseri* commemorate Ville, que eſt *Wenge* incole, idem etiam aliis atteſtantibus. Quod quique fideles Chriſti agnoſcant eſſe factum anno Incarnationis Dominice MCXXXIV. undecimo anno Indictionis illius VI. Idus Septembris luna XXIVinperioſiſſimo Luthario Rege regnante Epiſcopo Regenmaro Batavienſi Eccleſie preſidente, Heinrico ducatum Bavarorum tenente.

Num. XIV. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Eberhart de Eſcelbach* tradidit quoddam predium, quod videbatur habere in eadem villa per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Ratoldi de Echenheim*, ſuper Altare ſancte Dei Genitricis Manie perpetue Virginis, & ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach* cum lignis, pratis, cum exitibus, & reditibus pro remedio anime ſue, & Parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Rapoto de Stipphingen*, *Otaker de Wengen*, *Ekehart de Engelhalmingen*, *Arnolt de Stocheim*, *Adalram de Owe*, *Pilgrim de Friheim*, *Wolfkanc de Rotenbac*, *Chadalhoch de Penſingen*, *Luitwin de Blanchenbac*, *Rudolf de Oſterhoven*, *Hartlieb*, & *frater eius Arnolt de Rechendorf*, *Roudeger*, & *frater eius Heinric de Eberingen*, *Pernhart de Eckenheim*, *Hartliep de Grauveſtorf*, *Heriman de Erlbac*, *Chriſtan de Wengen*, *Willehalm*, & *Roudeger de Waldolſingen*, *Pertolt de Nuvenhoven*, *Dietmar de Hegibac*, *Hildebrant de Walherſtorf*, *Marchart de Tale*, *Marchart de Owe*.

Num. XV. circa An. 1140.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo nomine *Gotte de Grafinſe* tradidit quatuor mancipia, ſcilicet *Azala*, & filium eius *Heinricum*, & filias ſuas nomine *Pertham*, & *Richart* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach* pro quinque

denariis annuatim ſolvendis. H. r. t. ſ. *Gotpolt de Ratenpaz, Eckehart de Chrieſtorf, Pernger, & frater eius Richere de Alderſpach, Adalram de Nuenhoven.*

Notum ſit omnibus, quod quidam nobilis homo nomine *Walchoun de Studehem* tradidit quoddam predium nomine *Odratingen* per manum *Walchoni* nobilis viri *de Studen* ſuper altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum, & uxoris ſue nomiue *Richize.* H. r. t. ſ. *Ratolt de Echenheim, Otakar, & Pernhart de Wengen, Willehalm de Iſerhoven, Walchoun de Stude.*

Item noverint omnes fideles, quod quidam *Pertolt* nomine *de Oberingen* tradidit quoddam predium, quod videbatur habere in eadem villa per manum *Willehalmi* nobilis viri *de Gagenharteſtorf* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpalh*, pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Otacher de Wenge, Ezele de Eringen, Paldwin de Omesheim, Echehart de Chrieſtorf, Peringer de Alderſpach, Chriſtan de Wenge.*

Item omnibus teſtificamur fidelibus, quod quidam homo nomine *Ekehart de Wirtingen* tradidit pratum per manum *Otachari de Wenge*, ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach.* H. r. t. ſunt. *Perinhart, & Chriſtan de Wenge, Gerolt de Perge, Adalpret, & frater eius Oudalſcal de Wirtingen, Peringer, & frater eius Richer de Alderſpach.*

Num. XVI. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſticolis, quod quidam homo nomine *Imizo de Pretenpergen* tradidit quoddam predium, quod videbatur habere in loco *Ugaſtingen* per manum nobilis viri *Oudalſcalci* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach.* H. r. t. ſ.

Aſa-

Aſram de Iſene, *Witego de Baltereshuſen*, *Ratol de Echenheim*, *Otacher de Regenpreſtorf*, *Pertolt de Metinenheim*, *Heinrich de Stegeheim*, *Heſſo de Egeldorf*, *Gerhart de Toufchirchen*.

Noverint quique Chriſticole, quod quedam mulier nomine *Mathild* de ſancto Nicolao Patavie tradidit mancipium unum nomine *Selpeker* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach* per manum *Iſinrici de Mougenbach*. Idem Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Item noverint omnes, quod quidam nobilis vir nomine *Eberhart de Eſchelpach* tradidit ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach* mancipia ſua, & pratum unum, quod videbatur habere in loco, qui dicitur *Chiriſlige*. H. r. t. ſ., qui & ſuperius ad predium *Echenheim*.

Num. XVII. circa An. 1140.

Nota teſtificatione teſtificamur, quod quidam frater *Heinricus* delegavit predium ſuum *Erimpreſtorf* ſuper Altare ſancti Petri *Alderſpach*, condicionali ratione, ut filius eius *Wezele* de eodem predio annuatim perſolvat ſibi ſtatutum ſervitium, ſcilicet quinque denarios, eiusdemque numeri metretarum fructus *Speltini*, nec non tres modios Avene, ſe vero defuncto filius eiusdem ſingulis annis duplicatum id ipſum reddat ſervitium: poſt eo defuncto Dominus Prepoſitus eodem predio ſuo, fratrumque conſilio ſuum diſponat ſervitium, ea tamen lege, ut eadem cognatio perpetuali iure hoc ipſum prout poſſibilitas ſuperat, reddat ſervitium. H. r. t. ſ. *Otacher*, & *Heinrich eiusdem Patruelis*, & *frater Regenbertus*, *Routpert de Mernſpach*, *Rapoto de Erempreteſtorf*, & *frater Marquartus*.

Item teſtificor omnibus, quod quidam nobilis homo nomine *Otto de Geihingen* tradidit predium ſuum, quod videbatur habe-

re in eadem villa ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach.* H. r. t. ſ. *Gebehart, & filius eius Gebehart de Appateſtorf, Willehalm, & Oudalrich de Gagenharteſtorf, Godefrid de Peringen, Oudalrich, & frater eius Megenhart de Reheze, Gundacher de Geichingen, Luitwin de Witenhofen, Gotfrid de Wirtingen.*

Num. XVIII. circa An. 1140.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quedam mulier nomine *Iudita de Wenge* tradidit quoddam predium, quod habebat apud *Chrieſtorf* per manum nobilis viri *Willehalmi de Gagenharteſtorf* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Heinrich de Heinriceſtorf, Ottacher, & filius eius Otacher de Wenge, Marquart de Gagenharteſtorf, Counrat de Holzheim, Wittemar de Windeperga, Wolfram de Frigendorf.*

Nota teſtificatione omnibus Chriſti fidelibus teſtificamur, quod quidam homo nobilis *de Amelgeringen* nomine *Engelſchalch* tradidit quoddam predium cum univerſis mancipiis ſuis ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, per manum fratris ſui *Goteboldi.* Itemque prefatus vir *Engelſcalcus* VII. mancipia, ea conditione cum prefato predio, ut poſt ipſius obitum more cenſualium per ſingulos annos ad Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, quisque V perſolvat denarios, predium vero poſt ipſius obitum fratribus, qui prefatum Altare procurare debent, absque ullius contradictione deſerviat. H. r. t. ſ. *Alber de Hounriceſtorf, Heinrich, & frater eius Dietricus de Poumgarten, Marquart de Gagenharteſtorf, Regenol de Perindorf e Rudolf de Oſterenhoven, Engelpot, Heinric, Perinhart de Perindorf.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Regenolt de Perindorf* ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alder-*

Alderſpach duo tradidit mancipia *Giſelham*, & filium eius *Willehalmum* rogatu *Eberloun* cuius erant mancipia, ea tradidit conditione ut more cenſualium per ſingulos annos quinque perſolvant denarios. H. r. t. ſ. *Heberleoun de Laimpach*, *Engelpot de Route*, *&* *frater eius de Perindorf*, *Pernhart*, *&* *Pertolt*, *&* *Dietric*, *&* *Eber de Perindorf*, *Counpolt de Walcſingen*, *Pertolt de Entheim*, *Werenhart de Louterpach*, *Oudalric de Wiſcingen*.

Num. XIX. circa An. 1140.

Nota teſtificatione omnibus Chriſti fidelibus teſtificamur, quod quidam homo nomine *Egilolf de Chadelingen* quendam agrum tradidit ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach per manus nobilis viri *Wilehalmi Gagenharteſtorf*. Huius rei Teſtes ſunt: *Giſelolt de Hartheim*, *Rapoto de Slipphingen*, *Oudalric Gagenharteſtorf*, *Dietmar Chœdelingen*, *Albrich Tagerbach*, *Egelolf Schonheringen*, *Amelprecht Roumentingen*, *Pertold Alderſpach*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam nobilis homo *Roudegerus Grunenpach* quoddam predium Chetendorf, tradidit ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach, pro remedio uxoris ſue. Huius rei Teſtes ſunt: *Dietmar Leipreteshuſen*, *Habart Gebelchoven*, *Perinhart Oudalric Werenher Miſtelpach*, *Adahart Pouſenhofen*, *Rudeger Karolus Conrad Sigboto Albwin Gamharteſtorf*, *Sigboto Ouhalmingen*, *Peringer Outmaringen*, *Winther Selendorf*, *Conrat Pernolt Loutebere*.

Item noverint omnes fideles, quod *Aſcuwinus* alderſpacenſium Prelatus conſenſu, & rogatu fratrum ſuorum quoddam predium Eniggen, a quodam viro *Aſcuwino* Rafolteſtorf emit VI. talentis, quod rogatu ipſius Aſcuwini & uxoris eius *Egen* cuidam nobili viro *Godeboldo Reanpach* traditum eſt, a *Werenhardo de Horenbach*, quod prefatus vir Godeboldus absque omni contradi-

ctione ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach traderet. Huius rei Teſtes ſunt: *Adelpret & frater eius Lutpolt Stanuheim*, *Oudalrich Ahvſen*, *Gebehart & filius eius Gebehart. Heinrich Appoteſtorf*, *nec non ipſe Aſcuwinus Raſolteſtorf*, *Sigboto Werenhart*, *Oudalrici Gotineſtorf*.

Noverint omnes chriſticole, quod quidam nobilis homo Gotte per manum nobilis viri *Loutwini Walchingin* tradidit quoddam predium, quod videbatur habere in eadem villa ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli Alderſpach. Huius rei Teſtes ſunt: *Counrat Poren*, *Gerolt Sigeboto de Anzinchirchen*, *Hienrich Roudolteſtorf*, *Werenher*, *Engildich*, *Oudalrich Merboto Graſemſei*, *Herman Eichenpabc*.

Num. XX. circa An. 1140.

In nomine ſancte & individue Trinitatis notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Comes Rabodo* quoddam predium, quod *Heinricus de Helpenowa* habere in Alderſpach videbatur a fratribus eiusdem loci pro alio predio, quod Beckenhemi dicitur contra eundem Heinricum commutatum absque omni contradictione rogatu eiusdem Heinrici tradidit ſuper Altare ſancti Iohannis Apoſtoli & Evangeliſte Alderſpach. Huius rei Teſtes ſunt: *Werigant de Roumedingen*, *Aduuold de Iugelbach*, *Ingelmar de Riſpach*, *Cunrad de Tegerbach*, *Hugo de Siegenheim*, *Oulric de Buchenheim*, *Helenbrect de Saſſenheim*, *Heinrich de Steinpach*, *Conrat de Wiſenſingen*, *Richir de Torſbach*, *Hecel de Counlebach*, *Hortwin de Reisbach*.

Num. XXI. Anno 1140.

Noverint univerſi tam preſentes, quam preteriti, qualiter quidam homo liber *Otakar* nomine de *Wenge*, quoddam predium Othgeresheim pro ſalute, & remedio anime ſue & *Diemou-*

tis

tis uxoris ſue, ceterorumque parentum ſuorum ad Altare beate Marie & ſancti Martini Wenge delegavit, eo videlicet pacto quatenus in ſummis feſtivitatibus & dominicis diebus & aliis ſacrorum ſolemnitatibus nec non in quadrageſima per tres ferias prefata Capella diſpenſatione prepoſiti de Alderpach divino procuretur officio quod ſi conditio premiſſa cuiusquam diſpenſatoris negligentia minus fuerit adimpleta admonitione, vel ſi neceſſe fuerit obiurgatione diocesani ſeu Babenbergenſis Epiſcopi diligenter corrigatur; delegatoris vero advigilabit induſtria ut poſſeſſio predicta nulla commutatione, aut venditione ab uſu prefate Capelle alienetur. Huius delegationis Teſtes ſunt more Bavarico per aurem tracti *Conrad de Butelleſpach*, *Heinrich de Ainricheſtorf. Willehalm de Gainhartſtorf*, *& frater eius Marcuuart. Erbo & Willehalm de Miſtalbach*, *Bernhart de Winge*, *Beringer & Richer frater eius de Altereſpach*, & ut hec traditio rata & inconvulſo omni evo permaneat. Ego Engilbertus Dei gratia Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopus preſentis ſcripti paginam muniri & ſigilli noſtri impreſſione iuſſi inſigniri, acta ſunt hec anno Domini M. C. XL. regnante Counrado Rege II. preſente Babenbergenſis Eccleſie Engilberto Epiſcopo VIII.

Num. XXII. circa An. 1145.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod fratres de Alderſpach commutationem fecerunt cum Epiſcopo Ratisponenſi Heinrico & Preſide *Ottone* & predium Sigeheimindorf, & aliud predium Titineoue, tradiderunt pro predio Wirtingen. Cuius rei Teſtes ſunt: *Comes Heinricus de Wolpheratshuſen*, *Comes Hertwicus de Pogen*, *Preſes Otto de Stoufen*, *Rudigerus de Grunenberg*, *Wolfher de Tegernwach*, *Cadolt de Hinericesdorf. Otto de Smalnaha*, *Oudalricus de Leren*, *Sigehardus de Ebe-*

re-

reſpuenden, *Sigeboto de Ohalmingen*, *Roudeger de Arnesdorf*, *Dietmar de Tagebrcteshuſin*, *Werenher de Gerenheim.*

Nota teſtificatione teſtamur, quod Comes *Perettoldus* & frater eius dimidium manſum in Gumbretingen per manum nobilis viri *Adelberonis de Hunrichesdorf*, pro multatione tradiderunt fratribus Alderſpach recipientes integrum manſum, in Hirizbach. Cuius rei Teſtes fuerunt *Adelbero filius Adelberonis de Eolſing*, *Oudalricus de Bouuſe*, *Oudalricus de Ahuſen*, *Berrettoldus Miniſter Adelberonis de Zeolſingen*, *Heutfolhe vir eiusdem: Wergandus de Rumptingen*, *Engilſcalch unde ſupra Gotſcalcus de Hanenchoven*, *Chadolt de Wincer*, *Oudalricus de Eccleſia ſancte Marie*, *Wolfgang de Windeberg*, *Gozolf de eodem Hartwicus de Naternberc.*

Noverint tam preſentes, quam futuri quod predium de Aſcha tradidit nobis *Counradus de Route* pro remedio anime ſue, & uxoris ſue *Richildis* per manum Alberti de Chambe. Huius rei Teſtes ſunt: *Dietricus de Boungarten*, *& Heinricus frater eius. Hadmarus de Ahuſin*, *Wichmarus de Ancinchirchen*, *Fridericus de Tegernbach*, *& filii eius Heinricus & Counradus*, & alii multi.

Num. XXIII. circa An. 1180.

Predium de Dahſelarn accepimus ab *Engelberto de Blanchenberch*, idem autem predium uſurpabat ſibi *Fridericus de Sigenheim* iure feodali. Quod tandem coram Epiſcopo Patavienſi Diepolto ſopitum eſt, reſtitutione cuiusdam predii quod Chrodeheim dicitur, quod LX. denarios ſolvebat additis ſibi & duobus talentis. Huius rei Teſtes ſunt: *Comes Dietricus de Wazzerburch*, *Walchoun de Steine*, & alii multi.

Num. XXIV. circa An. 1170.

Predium, quod in Tagprechshuſen poſſidemus, ex donatione *Adelrammi Senioris de Chambe* accepimus, per manus *filii ſui Wal-*

Walchouni. Item predium, quod in Pillangeſperge poſſidemus a *Wernhardo de Roddue* partem pro remedio anime ſue accepimus, partem cum quodam predio in Swechzinbach ſitto concambuimus. Hoc iure autem delegatoris Comes *Rapoto de Ortenberc* in manu ſua tenuit, & ſic ad filios ſuos iure hereditario tranſivit.

Predium quod in Wielandeſperge poſſedimus, a quodam *Roudegero & filiis eius Ulrico & Pertoldo de Arnnesdorf* accepimus per manus nobilis viri *Pabonis de Rinbreskirchen.* Quod huc usque in pace tenuimus.

Predium quod in Malgersdorf poſſidemus partem accepimus a quodam nomine Hartwico, per manus *Ocheri de Eccleſia ſanċte Marie* quod fratri ſuo *Warmundo* iure cenſuali conceſſimus: poſtea autem in hoc convenimus, quod utramque partem per manus Heinrici in noſtra contraximus & ipſi ad dies vite ſeu uſu fruċtuario predium noſtrum de Winichingin dimiſimus, quod eo decedente iterum recipiemus. Huius rei Teſtes ſunt: *Engelſcalcus de Houe, Bertholdus de Schenberc & fratres eius, Eberhardus de Kirbach, Engelbertus de Kircheim*, & alii multi.

Num. XXV. circa An. 1170.

Predium, quod in Kalsdorf poſſidemus ex traditione cuiusdam *Ulrici de Eccleſia ſanċte Marie & uxoris ſue Anne* cum abdicatione filiorum ſuorum, *Ulrici & Diethmari* per manus *Babonis Rimbreskirche* accepimus, quod poſtea a ſucceſſoribus eorum *Dietmaro* & fratre ſuo Ulrico quatuor talentis redemimus. Huius rei Teſtes ſunt: *Bertholdus de Vogelaren, Loutwinus de Kopingin, Diethmarus Oulricus de Eccleſia ſanċte Marie, Eberolfus Chunradus Groul, Ougo de Gieringen, Arnoldus de Pubingen & filius eius Henricus, Ulricus Linberthal de Hoheim, Bertoldus Swinhobil*, & alii multi.

Predium quod in Betrichisberc poſſidemus a Domina *Sophia de Wemsdorf* accepimus cum molendino, prato, ſilvis & aliis pertenentiis ſuis per manus *Babonis de Reinbreskirche*. Item in eadem villa aliud predium poſſidemus, quod a *Diethmaro de Eccleſia ſanƈte Marie* cum abdicatione fratris ſui *Oulrici* XXX. tal. uno minus comparavimus, quod etiam per manus *Babonis de Reinbreskirchen* cum abdicatione advocatie & omnium, que iuri ſuo ſpeƈtabant in manus *Wernhardi de Gravindorf* delegari inſtituit, quod idem poſtea petitione noſtra in manus *Heinrici de Boungarten* nobis conſervandum delegavit. Huius rei Teſtes ſunt: *Wernhardus de Gravindorf*, *Ulricus de Lunoluingi*, *Rudolfus de Mulberc*, *Eimvicus de Kradinheim*, *Fridericus de Wengisdorf*, *Loupoldus de Oſterdorf*, *Heinricus de Berckeim*, *Baldwinus de Grube*, *Chounradus de Boumgart*, & alii multi.

Item predium, quod in Gravindorf poſſidemus, tres ſcilicet manſos & molendinum & manſum & dimidium in Riccha a quodam *Wernhero de Wenigisdorf* per manus prefati *Babonis* accepimus.

Item in eadem Villa ſcilicet Ricche manſum & dimidium a Domina *Bertha de Kittinisdorf* accepimus, quod poſtea a ſucceſſoribus ſuis ſub eſtimatione ſeptem talentorum redemimus.

Predium vero de Stadil tradidit nobis quidam *Dietmarus de Eccleſia ſanƈte Marie* per manus *Babonis de Rinbreschirchen*: manſum vero, quem in Heidendorf poſſidemus, a quodam *Herbone de Heidendorf* libere conditionis per manus prefati *Babonis* accepimus, quem amplius quam L. annos in noſtra poſſeſſione tenemus. In villa, que dicitur Caſten curiam unam poſſidemus, quam a quodam illuſtri viro *Babone de Ahuſen* accepimus, poſtea autem a fratre ipſius *Hademaro* in eadem villa aliam accepimus inſuper

alios

alios duos in Sesbach ſitos nobis contradidit, quas etiam per manus nobilis viri *Rapotonis de Steine* iure quo debuit nobis delegavit.

In Eccleſia ſancti Iohannis, que ſita eſt in territorio Sonnawenſi dimidium manſum a quodam nobili viro *Warmundo* per manus *Okeri de Eccleſia ſancte Marie* accepimus, quem poſtea accepta peccunia Pilgrimo plebano Sacerdoti usque ad tertiam generationem conceſſimus. Poſtea autem a quodam *Roudegero*, qui fuit fratruelis prefati *Warmundi* alium dimidium manſum qui noſtro fuit contignus VII. talentis & dimidio conparavimus: ipſum autem predium cum abdicatione uxoris ſue liberorumque ſuorum in manus cuiusdam nobilis viri *Eberhardi de Berge* delegavit; item ille petitione noſtra in manus *Pertoldi de Wenge* tranſpoſuit, decedente autem prefato Pilgrimo in hoc convenimus, quod filiis ſuis Pilgrimo Arnoldo & Imberto X. talenta dedimus, & nos predium noſtrum ad uſus noſtros retraximus. Huius rei Teſtes ſunt: *Chounradus de Walcxingin*, *Chounradus de Patavia filius Domini Iacobi*, *Roudegerus de Nuweheim*, *Adelramus de Poſſouminſter*, & alii multi.

Num. XXVI. circa An. 1160.

Duos manſos, quos in Winchinge poſſidemus nobilis vir *Alramus de Kirhpach* per manus *Waltheri de Paſſinge* nobis tradidit, item ille coram Epiſcopo Patavienſi nomine Albino aliisque multis ſuper Altare ſancte Marie delegavit. Quidam nomine Conradus libere conditionis tradidit nobis predium ſuum quod videbatur in Walcxingen poſſidere, & idem predium manu poteſtativa in manus Domini Bertholdi de Wenge nobis conſervandum delegavit. Huius rei Teſtes ſunt: *Bertoldus de Wenge*, *& Otokarus frater eius*; *Germundus*, *& Dietmarus de eadem Villa.*

Num. XXVII. circa An. 1170.

Notum facimus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quendam nomine *Dithmarum de Eccleſia ſancte Marie* predium in Statelem ſitum pro remedio anime ſue ceterorumque progenitorum ſuorum per manus cuiusdam nobilis viri *Babonis de Zollingen* uſui fratrum in Alderſpach Deo militantium manu poteſtativa contradidiſſe. Huius rei Teſtes ſunt more Bavarico per aurem attracti *Adelbertus de Kambe*, *Braſt de Enemespach*, *Chunrad de Ahuſen*, *Kadelhous & frater eius Heinricus de Wincere*, *Chounradus de Scambach*. *Heberhardus de Guthfridingen*, *Reuthwinus de Goupinge*, *Werenhardus de Gireſperge*, *Oudalricus de Biſhecgenge*.

Num. XXVIII. circa An. 1170.

Noverit omnium Katholicorum etas tam preſentium, quam futurorum, quod quedam illuſtris Domina nomine *Pertha de Gosineſtorf*, cum filio ſuo *Wernhardo de Horebach*, prediúm unum in *Crebetzdorf* ſitum cum omnibus appenditiis ſuis vineis videlicet in *Heregereſperge* plantatis, nec non quibusdam ingeribus in *Regenowerdingen*, digitis diſterminatis, pratis, & ſilvis ob interventum beatiſſime Dei Genitricis perpetue Virginis Marie, pro remedio anime ſue, ceterorumque Progenitorum ſuorum poteſtativa traditione uſui fratrum in Alderſpach Deo militantium iure perpetuo curavit mancipare. Hec autem traditio, ut omni evo rata, & inconvulſa poſſet reſervare, coram Iudice comite *Bertholdi de Bogen* in manus viri opinatiſſimi *Babonis de Zollingen* ſategit advigilare: ea videlicet diſtrictione, ut ſi quisquam poſtmodum Succeſſorum ſuorum prefatam oblationem aliqua occaſione adtemptaret invadere ipſe de more Delegatorum clippeo auctoritatis ſue fratribus prefatis fiducialibus auderet tutari. H. r. t. ſ. more Bavarico per aurem attracti prefatus *Comes Pertholdus de Bogene*, *Adel-*

Adelbertus de Zeolvingen, & *filius Hartwicus*, *Goteſcalcus de Helenchoven*, *Ratoldus de Sunepretesſtorf*, *Werenharth de Horebach*, *Hautlipp de Wincere*, *Roudeger de Heberinge*, *Gozebolch de Hoſterhoven*, *Gozwin de eadem Villa*, *Rappoto de Podiggen*, *Eberhart de Anewalteſtorf*, *Geroch de Vuremericherſperge*, *Oudalrich de Eccleſia ſancte Marie*, & *frater eius Ditmarus*, *Chounrad de Gahvis*, & *Babo de eadem Villa*.

Num. XXIX. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nobilis homo nomine *Oudalricus* predium in *Heidendorf* ſitum pro remedio anime fratris ſui *Harbonis* rogatu ipſius delegavit fratribus Deo ſervientibus in *Alderſpach* per manus *Oudalrici de Eccleſia ſancte Marie*, quod rurſus idem *Oudalricus* in manus cuiusdam nobilis *Babonis de Zollingen*. H. r. t. ſ. more Bavarico per aurem attracti, *Comes Bertholdus de Bogen*, *Raboto Comes de Ortinberg*, *Comes Gebehardus de Wiechtenſtein*, *Comes Cunradus de Ronigen*, *Adelbero de Ceolvingen*, & *filius eius Hertwicus*, *Werenhardus de Iulbach*, & *filius eius Heinricus*, *Gebehardus*, *Adelramus de Kambe*, & *filius eius Adelramus*, *Willehalmus de Mulheim*, *Goteſcalcus de Haincowen*, *Chadolt de Sunbreſtorf*, *Hademar de Ahuſen*, & *frater eius Babo*, *Iſenrich de Andorf*, *Godeboldus de Hoſterhoven*, *Gotzwinus de eadem Villa*, *Rapoto de Bodingen*, *Gerhoh de Fremeriſchbergen*, *Heinrich de Nuenhuſen*, *Herwic de Suarza*.

Item, notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quedam nobilis Domina nomine *Berta de Gotwihingeſtorf*, & filius eius *Wernhardus de Horbach* pro remedio animarum ſuarum contulerunt manſum unum in *Dietherichesburg* in uſum fratrum in *Alderſpach* degentium per manus *Adelrami de Kambe*. H. r. t. ſ. *Otto de Moſen*, *Lupolt de Stamheim*, *Herehenbertus*

de Moſbach, *Werenhardus de Horbach*, *Goteſcalcus de Ougendorf*, *Chunradus de Abſtetin*, *Fricerich de Brunowe*, *Chunradus*, *&* *Babo de Kalwis*.

Num. XXX. circa An. 1170.

Noverint omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam nobilis homo nomine *Ratolt*, & uxor eius nomine *Diemout de Eckenheim* tradiderunt predia ſua nominatim *Brucke*, & *Urolfingen*, *Eckenheim* in manum *Marchwardi de Ouue*, ſcilicet ipſam traditionem, poſtea ſolvendam ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, eisdem fratribus Deo ſerviendis cum lignis pratis, cum exitibus, & reditibus, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Rapoto de Slipphingen*, *OtaKer de Wenge*, *Eberhart de Eſchelbach*, *Ekehart de Engelhalmingen*, *Arnolt de Stocheim*, *Adalram de Ouue*, *Pilgerim de Friheim*, *Wolfkanc de Rotenpach*, *Kadalhohe de Penzingen*, *Lutwinus de Blanchenbach*, *Rudolf de Oſterhoven*, *Hartlip*, *&* *frater eius Arnolt de Rechendorf*, *Roudeger*, *&* *frater eius*, *Heinrich de Eberengen*, *Pernhart de Eckenheim*, *Hartliep de Grauneſtorf*, *Herman de Erlbach*, *Criſtan de Wenge*, *Willehalm*, *&* *Roudeger de Waldolfingen*, *Pertolt de Nuwenhoven*, *Dietmar de Heibach*, *Hildebrant de Waltersſtorf*, *Marchort de Tale*.

Num. XXXI. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus, atque futuris, quod quidam fidelis homo *Bertholdus* nomine *de Tragenroute* cum uxore ſua, & filiis eorum delegaverunt pratum unum per manum *Oudalrici de Heidendorf* ſuper Altare S. *Iacobi* Apoſtoli in *Alderſpach*, annuatim XXX. denariis perſolvendis. H. r. t. ſ. per aurem attracti *Oudalricus de Heidendorf*, *Babo*, *&* *Cunradus de Calwiſen*, *Carel de Birinbach*, *Albwnwin*, *Wolgerius de Raffoldesdorf*, *Karel de Einardesdorf*, *Wolfram de Bechelingen*, *Siboto de Einardesdorf*,

dorf, *Heinricus de Euchindorf*, *Uoſchal de Beſerichesdorf*, *Siboto de Birindorf*, *Bernhardus Durchslupf*, *Engelmar de Wenge*, *Senenchint de Gerwis*, *Friderich de Leimbach*, *Marquart de Usrimdorf*.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam nomine *Sifridus de Wenge*, tradidit quoddam predium, quod ſitum eſt in eadem Villa ſuper Altare ſancti Petri in *Alderſpach*, per manum nobilis viri nomine *Adalramni de Kambe*. H. r. t. ſ. *Werenhart de Iulbach*, *Hartmann de Tanna*, *Pertolt de Heidendorf*, *Ottaker*, & *filius eius Ottaker de Wenge*, *Counrad*, *Willehalm de Mulheim*, *Heinrich de Helphowe*, *Chuno de Hohſtat*, *Dietmar de Podingen*, & alii multi.

Num. XXXII. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Albero de Pilluncſperc* delegavit cognatam ſuam ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, *Mathilt*, & filias eius *Adelheit*, & *Adelheit*. H. r. t. ſ. *Ipſe Albero*, & *filius eius Pertholdus*, *Gemundus*, & *duo filii eius Albero*, & *Pertoldus de Merenſpach*, *Eberhardus de Wenge*. Prefata mulier prius dabat cenſum, quem acciperet.

Notum facimus tam preſentibus, quam ſuccedentibus, quod quidam nomine *Heberhardus* cum ſorore ſua *Mathilt*, & filia illius *Adelhida* de libera conditione pro adipiſcenda eterna liberatione iure cenſuali V. ſcilicet nummorum nemine eis obſiſtente, ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli ſe tradiderunt. H. r. t. ſ. *Meinhardus de Hecharingen*, *Hartmannus de Walchingen*, *Heinricus de Roghowe*, *Gozpoldus Carpentarius*, *Friderich*, *Chounrad*, *Heberhardus*, *Herewich de Lengingen*, *Bertholdus*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Luitprecht*, & uxor eius *Irmburch* dederunt mancipia duo

ſuper

ſuper Altare ſancti Petri Apoſtoli *Alderſpach*, & hec femina *Heicla*, & filia eius *Bertha de Armſtorf*. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Ecclesia ſancte Marie.*

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod *Comes de Wazerburch* dedit familiam iſtam ſuper Altare ſancte Marie Alderſpach, Gebe Coniza &c.

Num. XXXIV. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam Matrona nomine *Luigart de Ygelbach* per manum viri ſui *Adelvolc* tradidit ancillam ſuam ſuper Altare ſancti Petri ad quinque denarios annuatim ſolvendos. Huius r. t. ſ. *Werenher de Smidcheim*, *Boto de Steinbach*, *Heinricus de Igelbach*, *Heinricus de Schiltarn*, *Friderich de Igelbach*, *Adelvolc de Igelbach*, *Chunrat*, *Heinrich*, *Ernbrecht*, *Alram de Chambe*, *Crafft de Risbach*, *Werenherus de Grizbach*, *Karel de Wiere*, *Egelolfus de Cambe*, *Albero de Anenheim*, *Hartmanus de Walcſingen*, *Manegolt de Route*, *Adelbero de ſancto Paulo in Ratiſpona*, *Frideriuus de Keveringen*, *Hagbarus de Aliſt*, *Marcwart de Wircibere*, *Wezel ſuevus Amelunc de Ratiſpona*, *Arnoldus de Riſpach*, *Amelricus de Pfaffſteten*, *Lutwinus de Gopingen*, *Roudegerus de ſancto Philippo*, *Fridericus de Riſpach*, *Babo de Bercheim*, *Rapoto de Buch*, *Giſilold de Buchbach*, *Oudalrich de Uttendorf*, *Swicherus de Lerchenvelt*, *Heinricus de Dormanenbanc*, *Berengerus de Lozberc*, *Gombolt de Walcſingen.*

Num. XXXV. circa An. 1180.

Noverint omnes preſentium Inſpectores tam futuri, quam preſentes, quod *Heinricus de Uthingen*, una cum coniuge ſua pro remedio animarum ſuarum dimidiam partem Curie, que ſita eſt in *Arnsdorf* Eccleſie in *Alderſpach*, & fratribus ibidem Deo ſer-

ſervientibus per manus nobilis viri *Theodorici de Frigindorf* delegaverunt, & eandem iure cenſualium annuatim XXX. Metretas Siliginis inde reddituri receperunt, & poſt diſceſſum ſuum predictam curie partem iſte Eccleſie libere ſerviendam: deinde vero pretendentes ne ſuper predictam partem a Succeſſoribus poſſent forte gravari ipſam nobis omiſſo cenſu, quem inde ſolvebant, iure perpetuo decreverunt per manus eiusdem Delegatoris confirmare. Et nos ad dies vite ſue manſum ſibi aput Eccleſiam ſancti Iohannis conceſſimus poſſidendum. Poſtea cum fratre ſuo *Oulrico* ita convenimus, quod aliam partem prememorate curie ad manus noſtras contraximus reſtituto ſibi quodam predio, quod ſitum eſt aput Eccleſiam beati Iohannis XX. quoque ſolidis Ratisponenſibus ſibi ſuper additis, & ipſe nobis eandem cum abdicatione uxoris ſue, & liberorum ſuorum in manibus ſepe dicti *Theodorici* confirmavit.

Num. XXXVI. An. 1258. ex margine.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod inter nos videlicet Eccleſiam Alderſpacenſem, & nobilem *de Halſe* nomine *Albertum* lis vertebatur pro parte predii noſtri in *Haidenberch*, quod nobis invitis, & indebite poſſedit, que lis poſt multas querimonias ita eſt ſopita. Idem nobilis de *Halſe* habuit quandam curiam in Villa nomine *Chadlign*, que obligata erat, cuidam cum nomine *Hartliebo de Vilshoven*, *Sokkingario* pro XVI. talentis Ratisponenſium denariorum quam curiam nobis iure proprietatis dedit, ita tamen, ut eandem curiam redimeremus pro predictis XVI. talentis, & ab omni impetitione ipſum quietum eſſe dimitteremus. Hec omnia acta ſunt coram iſtis. Iudice Provincie nomine *Gerhoho de Uramelitiſperge ex precepto Domini Ducis Heinrici*, qui ipſum ad hoc negotium definiendum inſtituit, quod factum eſt in *Oſterhoven* coram multis honeſtis viris. Delegavit, autem nobis predictus nobilis *Albertus* predictam curiam in *Otign*

apuc Paſſagium per manum nobilis de *Uttendorf* coram hiis Teſtibus preſentibus. Teſtes ſunt nobilis *de Poumgarten Albero*, *Walker Iudex de Vilshoven*, *Heinricus de Alnchoven*, *Herwicus de Stingelheim*, *Heinricus de Walcſinge*, *Einwicus de Salharen*, *& frater ſuus Herandus*, *Rudolfus de Chienratign*, *& filii ſui*, & alii multi. Acta ſunt heç anno Domini MCCLVIII. Idus Iunii ſub Ducibus Bavarie *Heinrico*, *& Ludwico fratribus.*

Num. XXXVII. circa An. 1170.

Noverint modernorum, ſive future poſteritatis fideles, quod a Domino *Wernhardo de Rothowe* conſenſu filiorum ſuorum *Wernhardi*, *Richeri*, *Heinrici* ſuſcepimus predium cum attinentiis ſuis in Billungesberge cui recompenſavimus manſum unum in Swezenbach ſitum.

Item accepimus a filio ſuo iuniore predium unum in Sconeringen ſitum. Item unum in Durcheim ſitum, item trans Enum in Cella accepimus predium ab XI. colononis poſſeſſum.

Item a filio ſuo Richero accepimus manſum unum, in Smidetorf, quod Althaenſibus tradidimus, ſub cuius commutatione nos alium recepimus ab ipſis in Buchenhoven ſitum. Item a filio ſuo *Heinrico* accepimus predium unum in Tetelingen ſitum dein *Richerus* & idem frater ſuus *Heinricus* pari conſenſu dederunt nobis vineam unam, in Chobolt ſitam, ceteris limitibus diſterminatam.

Noverint omnes fideles, quod a Domino *Alramo in Tagebreteshuſen* predium unum accepimus, quod etiam Althaenſibus tradidimus pro quo nos aliud in Uriendorf ab ipſis recepimus.

Num.

Num. XXXVIII. circa An. 1155.

Controverſia inter nos, qui in Alterſpach Domino militare videmur, & inter Dominos de ſancto Nicolao pro decimatione in Ganpretingen quam iuri ſuo vendicabant, volvebatur: que tandem mediante beate memorie Patavienſe Epiſcopo Cunrado in hunc modum eſt ſopita, quod ipſi actioni ſue renunciaverunt, & a nobis ſub comutatione eiusdem decime curiam unam in Appetesdorf receperunt.

Pateat omnium fidelium Chriſti cognitioni, quod illuſtris miles nomine *Gerungus in Iutelingen* cum uxore ſua Bertha pro remedio filii ſui Cunradi omniumque progenitorum ac parentum ſuorum per manum *Alberti de Chambe* delegavit Eccleſie Alderſpacenſi dimidium manſum, in prenotata villa, ſitum, ut eo deceſſente manſus cum omni uſu fructuario nobis mancipetur. Sed ne iſta traditio ab aliquo hominum infirmetur, totum predium ſuum cum omnibus ſuis attinentiis in prelibato rure diſtentum poteſtative nobis contradidit. Hac in quavis ratione, ſi absque liberorum propagine poſteritas filiorum ſuorum decederet, legitimo iure omni evo preſcripta traditio noſtris uſibus ſubiaceret.

Num. XXXIX. circa An. 1160.

Noverint omnes modernorum ſeu future poſteritatis fideles quod Dominus Bavo & frater ſuus Heinricus predium quod videbantur in Heiſte cum attinentiis ſuis in eodem loco ſitum habere per manum *Alrami de Outtendorf* delegaverunt nobis pro remedio ſuo ſuorumque progenitorum, ac parentum, poſtea autem a conſobrino eorum *Ekkolfo* tertiam partem eiusdem predii IX. talentis conparavimus. Huius rei teſtamentum per manus nobilis viri *Heinrici de Boungarten* accepimus.

Univerſa modernorum ſeu future poſteritatis agnoſcat multitudo: quod *Wernhardus de Rothowe* pro anima fratris ſui legitimi iuris poteſtativa manu nobis dimidium manſum contradidit in Meirhoven. Huius rei teſtamentum *Alberti de Igelbach*, *Oulrici de Lubolvingen*, *Alberti de Lizingen*, *teſtimonio confirmavimus.*

Num. XL. circa An. 1160.

Item preſentium ſeu futurorum notum facimus univerſitati, quod *Rapodo de Ortenperch*, pro remedio anime ſue predium quoddam in Goppingen hereditarii iuris obſervantia nobis, qui in Alterſpach ſpiritualis milicie Baltheo precingimur donavit. Ipſum autem predium iure delegatoris in manu ſua tenuit & ſic ad filios ſuos hereditario iure tranſibit. Huius rei Teſtes ſunt miniſteriaſui *Fridericus in Sigenheim*, *& frater ſuus Wernhardus*, *Heinricus de Prece*, *& frater eius. Albertus de Huncingen*, *Rewinus de Sturzelbach*, *Rapodo de Werde*, *& frater eius.*

Item ſciendum, quod prelibatus *Wernhardus in Rothowe* nobis manſum unum dedit in Typpoldingen, a duobus militibus Cunrado & Heinrico in beneficio poſſeſſum, ſub eadem conditione, ut ipſum a preſatis militibus redimeremus, quem poſtea redemimus. Huius rei Teſtes ſunt: *Rewinus de Sturzelbach*, *& Herandus Conſanquineus eius*, & alii quam plures.

Num. XLI. circa An. 1210.

Item preſentium ſeu advenientium fidelium innoteſcimus univerſitati, quod *Comes Heinricus de Frantenhuſen* pro eterne ſalutis remedio percipiendo dedit nobis predium quoddam in Bonveirzingen conſenſu uxoris ſue & filii ſui Epiſcopi Ratisponenſis. Huius rei Teſtes ſunt miniſteriales ſui.

Num.

Num. XLII. circa An. 1170.

Preſentis pagine inſcriptione ad notitiam devenire volumus tam eorum qui ſunt, quod qui poſtea futuri ſunt: quod *Oudalricus de Louibolvingen, & uxor eius Mathildis & Senior filius eorum Oudalricus* predium ſuum quod ſitum eſt in Gieſperge communi conſenſu Deo & ſancte Marie in Alterſpach per delegatoris manum *Wernhardi de Gravendorf* libera facultate pro remedio anime ſue & parentum ſuorum obtulerunt, & tradiderunt. Forma igitur conventionis hec eſt, quod prefatus *Oudalricus de Louibolvinge* receptis X. talentis a fratribus ſupradicti Monaſterii hic interpoſuit, ut quamdiu prefatum argentum eis non redderetur, omni proprietatis integritate in uſibus fratrum permaneret. Quod ſi argentum exſolveret predictus Oudalricus & uxor eius, & filius eorum Oulricus fructum uſurarium quoad viverent conſequerentur. Predicto tamen Monaſterio LII. denarios, quicunque eorum trium poſſeſſor fuerit, ſingulis annis exſolvat. At ubi morte vitam exſolveret, ceſſante omni dubietatis retractatione & heredum ſuorum iurisdictione fratres in Alterſpach predictum predium perpetua poſſeſſione optineant. Sane notandum ut ſi aliqui filiorum ſuorum & filiarum ſuarum huic convenientie vim inferre attemptaverint aut predium LX. talentis reſolvant, aut preciſos ab omni inpugnatione ſe recognoſcant. Ut autem hec inconvulſa & firma ſtabilitate illibata permaneant ſubſcriptorum teſtimonio aſtipulatione communimus. Teſtes ſunt ipſe: *Oulricus cum predicta uxore ſua, & filio eius Oulrico. Wernhardo Salmanno & Bertoldo de Sibolsdorf.*

Num. XLIII. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod *Wernherus de Toutnowe* delegavit curiam in Henricheſtorf per manum *Ebonis de Poſſu-*

Poſſumunſtur ſuper altare ſancte Marie in Alterſpach, pro commutatione alterius Curie in Maigerſtorf additis XXVIII. talentis. Huius rei Teſtes ſunt: tracti per aures more Bavarorum *Comes Rapodo. Henrich de Boungarten; predictus Ebo; Henrich de Berchaim, Pabo de Ierbingen, Reinolt de Berndorf, Tiemar de Wenge, Heinrich Storcli, & Bertolt frater ſuus Meingozus.*

Num. XLIV. circa An. 1195.

Ne proceſſu temporis tam preſentibus, quam ſuccedentibus obſoleſcat aut in oblivionem cadat, preſenti pagine inſcribere voluimus: quod *Comitiſſa Elizabeth de Ortenberch* nobis, qui in Alterſpach Deo ſub monaſtica Religione militare videmus predium unum in Pladene ſitum quod annuatim talentum Cremenſis monete exſolvit, poteſtative contradidit, inſuper per manum *Domini Walchouni* nobilis viri *de Staine* more Bavarico delegari inſtituit. Hoc tamen tali conditione fieri voluit, ut ſingulis annis quatuor nonas Novembris ob recordationem carorum ſuorum ſcilicet mariti ſui *Comitis Rapotonis & Patris ſui Comitis Gebehardi & Matris ſue Methildis, & fratris ſui Comitis Berngeri* ceterorumque ſuorum progenitorum nobis ex prefato cenſu ſervicium exſolvatur: ut dum eorum conſolationibus refovemur devocius ad eorum recordationem accedamur. Ipſa autem Deo volente de hoc ſeculo feliciter migrante ſtatutum illud non mutabitur, ſed deinceps in anniverſario ipſius lege quod ſupra taxavimus celebrabitur.

Quoniam preſentis temporis ſtatus creberrimis perfidie iaculis attactus inminentem manifeſte declarat ruinam, divine ſiquidem legis mandata a plurimorum cordibus emortua, & vitiorum nube obvoluta ſe evanuiſſe denunciant, pateat univerſorum modernorum ſeu futurorum fidelium devotioni, quod nos, qui in Alterſpach Deo militare videmur, Dominis maioris Eccleſie Pa-

ta-

tavienſis, predium quoddam, quod in Heibach poſſidere dicebamur dari cenſuimus ſub cuius communicatione aliud in Ertmanſtorf ſitum ab ipſis recepimus. Facta eſt autem hec commutatio ſub multorum tam Clericorum quam laicorum teſtimonio.

Num. XLV. circa An. 1200.

Item univerſorum fidelium patefacimus cognitioni, quod *Rapotoni* cuidam miniſteriali in *Peodingen* predium quoddam in *Coefzdorf* ſitum, quod legitimi iuris poſſeſſione poſſederamus ſollemni donatione mancipavimus, pro cuius commutatione aliud in *Benzingen* ſitum nobis a prelibato milite ſubſtitutum ſuſcepimus. Horum Teſtes ſunt *Theodoricus de Peodingen*, *Godebolt*, *Eppo*, *Giſeler de Oſterhoven*

Item memorie comendandum, quod *Willehelmus in Miſtelbach* inibi delegavit nobis predium, quod hereditario iure poſſederat, per manus *Rapodonis in Durcheim.* Teſtes ſunt, *Enwicus de Miſtelbach*, *Oullricus de eadem Villa*, & alii quam plures.

Item notandum, quod *Eberholt* quidam de prenominata Villa predium idem poteſtativa manu nobis pro remedio anime ſue, ſuorumque officium obtulit, quod *Oulricus Abenberge* iuri ſuo uſurpans nos ſuper eo inquietavit. Cuius infeſtatio condigna reconpenſatione ſopita eſt, facta eſt autem iſta oblatio ſub multorum illuſtrium virorum teſtimonio.

Num. XLVI. circa An. 1190.

Item notandum, quod duo fratres *Bavo*, *&* *Heinricus in Patavia* per manum *Alrami in Uttendorf* delegaverint nobis predium quoddam in *Heiſte*, cuius predium tertiam partem comparavimus ab *Ekkolfo Conſobrino* eorum, quam per manus nobilis *Heinrici de Bungarten* nobis tradidit. H. r. t. ſ. *Ekkehardus*, *&* *frater eius* *Hein-*

Heinricus de Furde, & *Pillegrimus de Patavia*, & *Cunradus de Kolwiſen*, & *Bavo de Gervingen*, *Wilhelmus de Heſſte.*

Num. XLVII. circa An. 1250. ex margine.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod frater *Dietricus* quondam Sutor, & Magiſter Sutorum ſub venerabili Abbate Domino *Theoderico*, quoddam predium comparavit erga *Ortolfum de Stetingen*, & uxorem ſuam *Itam*, & liberos ſuos in *Wiendorf* pro X. ſolidis Ratisponenſibus, quos de labore manuum in predicta domo ſutoria conquiſivit. Huius predii delegator fuit nobilis de *Boumgarten*, per cuius manum nobis predictum predium contradidit. H. r. t. ſ. *Milites eiusdem, nobilis Herwicus de Stingelheim*, *Babo Prepoſitus eius*, & *filii eiusdem*, *Weid de Vilshoven*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCC. quinquageſimo.

Num. XLVIII. An. 1242. Item.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod quedam mulier nomine *Chriſtina Vilſerinne*, & filius eius nomine *Chunradus*, & filia ſororis eiusdem *Chriſtine* nomine *Hadwigis* tradiderunt Eccleſie ſancte Marie in *Alderſpach*, quoddam predium in *Uttinchoven* pro remedio animarum ſuarum, ſuorumque Succeſſorum per manus nobilis de *Boumgarten*. Et huius donationis Teſtes ſunt, *Hartmanus de Walcſingen*, *Herwicus de Stingelheim*, *Heinricus de Waltzſingen*, *Eberhardus de Uttendorf*, *Diepoldus de Patavia*, *Ekkericus de Suncingen*, *Ditricus Faber*, *Chunradus de Wenge*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLII.

Num. XLIX. An. 1250. Item.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam ſervus nomine *Heinricus* cognomine *Garheinrich*, teſtatus eſt nobis in arti-

articulo mortis, pro remedio anime ſue, quoddam predium *Uf de Sporeſperge*: huius predii Delegator fuit nobilis de *Hals*, qui eandem delegationem nobis reſignavit, quod vulgariter *Sil* vocatur. H. r. t. ſ., *Purchardus nobilis de Wiert*, *nobilis de Poumgarten*, *Hartmanue de Walxſingen*, *Heinricus Sturee*, & *Conventu Ecelefie ſančte Marie Alderſpach*. Et alii plures actum anno Domini MCC. quinquageſimo.

Num. L. circa An. 1180.

Item ſciendum, quod *Heinricus Rouſelin* predium quoddam in *Kambarn* ſitum conſenſu filiorum ſuorum per manus *Comitis Bertoldi de Bogen*, nobis qui in *Alderſpach* Deo militare videmur, delegavit. Teſtes ſunt horum idem *Comes Pertholdus de Bogen*, & *Oulricus Zereſach*.

Item notandum, quod frater *Albero* predium quoddam in *Buchbach* ſitum per manus cuiusdam nobilis *Hademari in Ahuſen* nobis delegavit. H. r. t. ſ. *Otto de Sciſbach*, & *frater ſuus Oulricus*, & *Siboto de Ratolfesdorf*.

Num. LI. An. 1217. in Margine.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nomine *Cunradus de Drichſign* dedit nobis predium ſuum in *Moukeringen*, quod contiguum erat predio noſtro in *Hartwigeſperge*, pro una libra denariorum Ratisponenſium, & idem predium dedit nobis per manum *Dietrici de Soniprechtesdorf* Teſtibus hiis preſentibus. Dominus *Theodericus Eccleſie huius Abbas Rapoto prior*, & *alii de Clericis*, *de Laicis*, *Eberlinus de Hinterſolzen*, *Abſolon*, & alii quam plures. Actum anno Domini MCCXVII.

Num. LII. circa An. 1140.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Notum eſſe cupimus, tam preſenti, quam future in perpetuum univerſitati fidelium, quod nobilis vir *Luipoldus* Dux Bavarie exemplum pii Patris ſui *Marchionis Luipoldi* ad bonitatem imitatus ob interventum beate Dei Genitricis Marie, & omnium Sanctorum, & pro omnimoda corporis, & anime ſue incolomitate, ac Patris, & Matris ſue, ceterorumque Parentum ſuorum remedio in proprietatem tradidit, & manu poteſtativa absque omni contradictione iure ſuo abdicato in ius perpetuum dono dedit, predium quoddam nomine *Wietoldeshoven* ſuper Altare ſancti Iohannis Apoſtoli, & Evangeliſte *Alderſpach* per manum cuiusdam nobilis viri *Wernhardi de Iulbach*, ea tamen ratione, ut nulli unquam perſone Epuſcoporum, Advocaaorum, vel cuiuslibet hominis liceat ab eodem predio ſervicium, ſive iuſtitiam requirere, aut exactione qualibet gravare. Huius delegationis Teſtes idonei ſubnotantur, hii more Bavarorum per aurem tracti. *Comes Rapoto de Ortenberc, ſupra dictus Wernhardus de Iulbach, Oudalricus de Erbingen, Theodericus de Boungarten, Bertoldus de Heidindorf, Oudalricus de eadem Gebolf de Geileſpach, Eberhardus de Souncingen, Luitoldus de Hourinbach, Wolfſtrigel, & frater eius Counradus de Tegerenbach, Werinhardus de Steinbach, Gundakir de Apinheim, Werinhardus de Wendelkirchen, Richer de Hoſterna frater eius, Roudeger de Patavia, Luitoldus, & Werint de Savirſtete, Pilgrim de Eguningilbach, Hildunch de Uſſehim, Utho de Leginheim, Rewin de Etinevelt, Adelbero de Uſheim, Reginolt de Burbach, Durinch de Salincheim, Marcwart de Rore, Luithold, & Adelbreth de Wirtingeu, Counradus de Etindorf, Wernhart de Huckinhoven, Eingilbolt, & Heinrich de Perindorf.*

Num.

Num. LIII. circa An. 1150.

Noverint omnes catholice fidei cultores tam poſteri, quam preſentes, quod quidam fidelis *Roudengerus de Graſſimſe* tradidit predium, quod videbatur habere in *Honesheim* cum campo, vinea, & molendino, & mancipiis per manus cuiusdam nobilis viri *Adelberti de Gerin*, ſuper Altare de *Alderſpach*. H. r. t. ſ. *Heinricus Dux Bavarie*, *Comes Rapodo de Ortinberc*, *Eckinbertus de Nuenburch*, *Bertoldus Comes de Bogen*, *Heinricus Comes de Reginſtophe*, *Henricus Comes de Scowenburch*, *Eingilbertus Comes de Hals*, *Luithtoldus Comes de Plein*, *Cuno de Megelingen*, *Adelbertus de Gerin*, *Pope de Sturpach*, *Heinrich de Rottingen*, *Oulrich*, & *Sigfrid de Craneberck*, *Chadelhoh de ſancti Emerammiſperge*, *Oulrich Vone ſancte Marienkirchen*.

Num. LIV. circa An. 1160.

Noverit omnis etas, omnis ſexus, omnis conditio, quod quidam homo *Otakarus* nomine *de Weinge*, predium ſuum in eadem Villa ſitum cum Eccleſia, & omnibus pertinentiis ſuis, & alium quemdam fundum in *Frigendorf*, quem ipſe conparaverat in manum illuſtris viri *Adelrammi de Chambe* delegaverit: ea conditione, ut ſi filius ipſius *Otakarus heredem duodennem non* habens, deceſſerit, pre dictus homo *Adelramus* eadem predia fratribus in Alderſpacenſi loco Deo famulantibus libere offerat. Huius rei Teſtes per aurem attracti ſunt. *Otakarus*, *Heinricus de Heinricesdorf*, *Oudalricus de Eccleſia ſancte Marie*, *Ebbo de Pirinbach*, *Chriſtianus de Hirzbach*, *Erbo de Miſtilbach*, *Bernhardus de Louterbach*, *Erminricus de Sulzbach*, *Wilhelmus de Gagenharteſtorf*, *Roudengerus de Grunebach*, *Dietricus*, & *Bernhardus de Ruthelsbach*, *Rudengerus de Eberingen*, *Rudolfus de Oſterhoven*, *Hartliep*, & *Arnoldus de Reekendorf*, *Raſſoldus de Shella*, *Walchun de Hohalmingen*,

 Gebeno

Gebeno de Bericheim, *Rubertus de Uderholcen*, *Nithardus de Walcſingen*, *Willehelmus*, & *Alramus de Mulinheim*, *Dietmarus de Boudingen*, *Cunradus de Holzenchirchen*

Num. LV. circa An. 1160.

Noverint univerſi tam preſentes, quam futuri, quod quidam homo nomine *Tagino de Leubolvingen*, vendidit predium ſuum, quod habebat in *Lucelendorf*, Domino *Sigefrido* Abbati, & fratribus de *Alderſpach*, pro XXIII. talentis, & quod idem Tagino delegavit hoc ipſum predium per manus *Gebolfi de Rotemannen* in manus *Adalberti de Rorbach*, & *Eberhardi de Brunowe*, ut ut illud delegarent quocunque Dominus Abbas & fratres de Alterſpach vellent. Huius rei Teſtes idonei ſunt hii, ſcilicet more Bavarorum per aurem tracti ſcilicet ſupradictus *Albreth de Rorbach*, *Eberhardus de Brunowe*, *Udalricus Otgerus Alramus de Eccleſia ſancte Marie*, *Wolftrigel miles Oudalrici*. *Bruno de Weſterndorf*, *Oudalricus Chluban*, & *filius eius Ecgericus de Orlendorf*, *Otto* & *Wernhardus de Satelaren*, *Fridericus* & *Wernhardus de Pecenbach*, *Adelbertus* & *Mathfridus de Perbobingen*. *Chunradus de Ranshoven*, *Rahewinus de Tegerenbach*.

Num. LVI. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis vir *Rapoto* nomine *de Wecelesberg*, quoddam predium cui vocabulum eſt Cella delegavit per manus avunculi ſui *Cadoldi de Sunbretesdorf* in manus Rapotonis Comitis ad defendendum & fideliter conſervandum fratribus in Alterſpahh Deo ſervientibus. Huius rei Teſtes ſunt: *Comes Bertoldus de Bogen*, *Ratpodo de Wecelesperg*, & *Catoldus de Sinebredesdorf*, qui ipſum predium delegaverunt *Albero de Zeolvingen*, *Gottſcalch de Hanenchoven*, *Teodericus de Bomgarden*, *Wergant de Rumeting*,

ting, *Wernhart de Horbach*, *Erbo de Biburc*, *Oudalricus de Eccleſia ſanĉte Marie & filii eius Oudalricus & Ditmarus*, *Otgerus & frater eius Adelramus de eadem villa*, *Iſenrich de Andorf*, *Otakarus de Wenge*, *Eberhardus de Siginhaim*, *Gotteboldus & Gozwinus de Oſterhoven. Artlibus de Wincere*, *Roudegerus de Ebiringen*, *Erbo de Hergolting*, *Oudalricus de Hadendorf*, *Eberhardus de Waldeſtorf*, *Heinricus de Echenheim*, *Ortnit de Visha. Gerhoc & filius eius de Framruberg*, *Ortwicus de Suarzha*, *Adelhoc de Bogen*, *Roudolfus de Hormbac*, *Hildeboldus de Ocigin*, *Heinricus cognomento Wallere de Richeresdorf*, *Eppo de Horrenchoven*, *Bertoldus de Berigin*, *Dietmarus de Hirzbach*, *Raboto de Stainkirien. Wirnto de Wart*, *Goteſcalc de Ugindorf*, *Hauuart de Nuwarn*, *Suuicgerus de Scidelarn*, *Meiginhardus de Madelgersdorf*, *Hetuvol de Poſſemounſture*, *Erbo de Nuuenhoven*, *Wergant de Ditlgin.*

Num. LVII. circa An. 1160.

Noverint omnes Catholice fidei cultores tam poſteri, quam preſentes, quod quidam fidelis *Eberhardus* nomine *de Alderſbac* cognomento Uiſar delegavit mancipium quoddam nomine *Cunigunt* cum omni poſteritate ſua ſuper altare ſanĉti Petri Apoſtoli Alderſpach, ad quinque nummos annuatim illuc ſolvendos. Huius rei Teſtes ſunt: *Heinricus de Heinrichesdorf*, *Otakar de Wenge*, *Willehalm de eadem Villa*, *Marquart*, *Wernhart Woluram de eadem Villa*, *Perenger & frater eius Richer Rehewin*, *Oudairicus Engelmarus*, *Eccerich & frater Marquart.*

Num. LVIII. circa An. 1160.

Noverint omnes in Chriſto fideles, quod quidam liber homo nomine *Adilger*, cum uxore ſua *Chriſtina* propria manu quatuor filios ſuos quorum iſta ſunt nomina, *Waltherus*, *Pertoldus*, *Reinprecht*, *Engilbrecht* delegavit ſuper altare ſanĉti Iacobi Apoſto-

li in Alderſpach, ea conditione ut ſuper illud per ſingulos annos in teſtimonium ſue libertatis offerant quinque denarios. Huius rai Teſtes ſunt: *Adilbertus Advocatus & frater eius Adilramus minor, Engilſcalcus de Frilingin, Heinricus de Gralsdorf, Otcher de Miſtilbach, Pilegrimus Willehalmus de Luterbach, Volcmarus de Ecinheim,*

Notum facimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod nos, qui in Alterſpach Deo militamus, a quodam nomine *Warmundo*, & uxore eius *Liudegarde de Weverding* coniventia duorum *filiorum Othonis* ſcilicet & *Waltheri* triumque filiarum ſuarum, predium unum in Gumbrath ſitum per manus cuiusdam nobilis viri nomine *Wichmanni de Stedigen*, de more delegatorum manu poteſtativa ſuſcepimus: cui nos in ius concambii legitimi atque perpetui duo predia quorum unum fundum habet in Wevertingen aliud in Dalheim lege prefata reſtituimus. Inſuper duodecim ſolidos probate monete, *quorum ſumma facit talentum, & dimidium*, in teſtimonium rate & inconvulſe commutationis ſupererogavimus. Huius rei Teſtes ſunt more Bawarorum per aurem attracti *Eberhardus de Berendorp, & frater eius Eckehardus de Wenge, Luithwinus de Gopingen. Hardwigus de Weſterenpack, Eckehardus de Eccleſia ſancti Iohannis Gemmundus de Walch. Wicmanus de Stitigen, Otto & Waltherus frater eius de Weverding, Thegen de Alterſpac.*

Num. LXIX. circa An. 1160.

Predium aput Beteriſperge in manum eſt delegatum *Werenheri de Ellenbretteskirchen* delegandum, & conſervandum ſancte Marie Alterſpach. Huius rei Teſtes ſunt: *Waltherus de Baskingin, Heinricus de Richeresdorf, Circellio cognomento, Fridericus de Uſhuſen, & filius eius Oudalricus Otto de Uſhuſen, Reinherius de eodem loco, Adelbertus de Iahinsdorf, Lutolt de Loubhartsdorf, Eberhart de Bri-*

Brimaugia & filius eius Eberhardus, Adelram & frater eius Counradus de Retenbach, Gebolf de Rotenmannen, Oudalſcalch de Batericesdorf, Reinfrit de Municheim, Tegen de Lubolvingen, Rinhern de Wilratesdorf, Lutold de Waldolſingen, Fridericus & Heinricus de Wilratesdorf, Hertwich & Riego de Winsdorf, Eberhart & filius eius Ditmar de Egindorf, Eggerich de Arlendorf, Waltherus deIndereſpach.

Num. LX. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter fratres de Alterſpach predium, quod habuit Heinricus de Eccleſia ſancti Petri aput Prenenberg a ſuis progenitoribus, Patre ſcilicet Eppone, ſine omni contradictione coemerunt ſumma peccunie, & coemptum usque ad IX. annos abque omni appellationis querimonia poſſederunt. Deinde mulier quedam Eberlint nomine de Mazzingin, que cum ſuis cognatis preſens fuit coemptioni, nec contradixerat, conqueri cepit, pro ſua dumtaxat voluntate, non pro iuſticia aliqua, agrum unum predicti predii ſui iuris eſſe ſibique ablatum. Qua querimonia tribus fere annis fruſtra habita, tandem hoc modo cauſa ſopita eſt: *Dietricus de Bongarten* predictorum bonorum Advocatus cum ſuis hominibus & aliis, quibus res a principio usque ad finem nota erat, & Abbas de Alderſpach cum fratribus ſuis, quibus eque cauſa fuit notiſſima, in unum convenientes, de rei veritate diligenter & ſubtiliter queſierunt. Cum igitur mulieri predicte teſtes litem ipſius firmaturi deeſſent, Advocatus per Sacramentum quosdam rogavit, quibus cauſa probabatur eſſe cognita quid de agro noſſent ſupradicto: quibus teſtantibus eum fratrum de Alterſpach eſſe, nec in eo aliquid iuris ſupradictam mulierem habere, communi conſilio decreverunt mulieri alium quemdam agrum dare, quatenus bono animo a querimonia deſiſteret, & agrum abnegaret. Annuit his Abbas precipue propter Dominum, quatenus mulierem pauperculam & eius liberos ſola-

ſolaretur aliquo modo. Qui in manum Advocati agrum perpetuo abdicaverunt. Huius rei Teſtes ſunt: *Dietricus de Bomgarten*, *Bertold de Hirzbach*, *Goteſcalch de Anzinchirchen*, *Gerhart de Viſt*, *Wiger de Tegenbach*, *Wernher de Grafinſe*, *Heinricus de Eccleſia S. Petri*, *Bernhart de Tegerenbach*, *Oulrich de Winkil*, *Lutolf de Ouzenheim*. *Heinricus de eodem loco*, *Dietmarus de Waldehofen*, *Adelhart de Tegernbach*, *Hertwic de Boumgarten*, *Conrad puer de Suibero*, *Wolfram de Kiveringen*, *Meinwart de Hecgin*, *Ditmar de Huzenheim*, *Bertoldus de Owenheim*, *Heinricus ſervus Abbatis de Alderſpach*.

Num. LXI. circa An. 1170.

Noverint univerſii tam moderni, quam ſecuturi, qualiter vir illuſtris *Ditmarus de Agiſt* predium ſuum Hirtina cum omnibus pertinentiis ſuis manu poteſtativa Alterſpacenſi tradidit Eccleſie; quod in perpetuum deinde abdicavit ſoror ipſius *Sophia* eiusqne filius *Adelbertus*, ſed & *Engilbertus de Sconheringen*, qui eandem *Sophiam* duxit uxorem: predium ſuum *Hertgeresdorf*, poſuit in manum *Wernheri de Geizbach*, ut idem fratribus de *Alderſpach* retineret, ſi filius ipſius, quem de predicta *Sophia* habebat, vel quisquam liberorum eius quos forte poſtmodum ex ea genuiſſet nullam predictis fratribus de predio illo moveret calumniam. Porro tempore ſuccedente quidam *Rehewinus* iniuſtam cepit habere ſuper ipſius predii partem appellationem, quem poſt multa damna tandem ad hoc adduxerunt, quod coram Clero, & populo Patavienſi eam abdicavit, & item nihilominus in caſtro *Agiſt* coram Domino *Ottone de Rechberg* predictorum bonorum advocato in manum videlicet prenominati Ottonis, & Abbatis Alterſpacenſis. H. r. t. ſ. *Heinricus de Scoenberg*, *Engilbertus de Plankenberg*, *Wernherus de Grizbach*, *Hermanus de Bochesrugge*, *Ditmarus de Geizbach*, *Peringerus de Poſcha*, *Guntarkar de Stira*, *Warmundus de Wizbach*, *Boppo de Grunenburg*, *Otto filius Arnelhami de Stira*, *Cunradus*

radus de Rotile, *Gotefridus*, *& fratres eius Grimo*, *& Fridericus*, *& Fberhardus filius Grimonis de Bernowe*, *Reinbertus de eodem loco*, *Ortwinus de Wartberg*, *Wezil de eodem loco*, *Rudolfus*, *Rambertus de Aiſt*, *Hertwicus*, *& frater eiut Gebehardus de Scoenberg*, *Karolus*, *Iohannes de Agiſt*, *Marquard de Kazilindorf*, *Karolus*, *& Wernhardus de Lozberg*, *Dimo de Rechberg*. Eadem quoque bona abſtipulavit deinde uxor ipſius, & filius *Lozberg*, coram Domino ſuo *Wernhero der Grizbach*. H. r. t. ſ. *Engilbertus de Sconheringen*, *Wernherus de Grizbach*, *Gotefridus de Bernowe*, *Adelram*, *& fratres eius Hermanus*, *& Fridericus de Lozberg*, *Wernhardus*, *& Ebran de Lozberg*, *Hertwicus de Hartpach*, *Heinricus ſervus Abbatis Alterſpacenſis*. Preterea iuramento firmavit, quod alterum filium adhuc in cunis poſitum infra quinque annos produceret, quatenus ipſe quoque bona predicta abſtipularet; ceterum filios ſororis eius *Hademarum*, *& Hermanuum* ſimili modo eadem bona appellantes, ab eis abmoverunt datis XX. talentis, quod coram Duce ea abſtipulaverunt, & delegaverunt, in manum *Friderici de Hunesberg*, conſervanda Alterſpacenſi Eccleſie. H. r. t. ſ. *Dux Heinricus Comes de Scalacha*, *Craf de Ancinesbach*, *Adelbero de Gunringen*, *& frater eius Otto de Bobatesburg*,, *Heinricus frater eorum de Straninesdorf*, *& filius eius Heinricus*, *& Wichardus*, *Heinricus de Miſtilbach*, *Hugo von dem Eygen*, *Adelbero de Vihuſen*, *& frater eius Oudalricus*, *Canrad de Leusdorf*, *Lutwin de Azelinesdorf*, *Adelbero de Rouhenegge*, *Egeno de Boſembach*.

Num. LXII. circa An. 1170.

Hildebold de Krichesdorf predium quod habuit *Krichesdorf* delegavit in manum Domini *Engilſcalci de Rumtingen* delegandum Abbati Alterſpacenſi ubi periſſet, ſi ipſe a peregrinatione non rediſſet. H. r. t. ſ. *Comes Raporo de Ortenberg*, *Wernhardus*, *& frater eius Richerus de Rotaugia*, *Fridericus de Sigenheim*, *Hermannus de Sazbac*, *Oudalricus*

de Monte, *Cunradus de Harbac*, *Wernhart*, *& frater eius Richerus*, *& Otto de Dorſbach*, *Oudalricus Scaden*, *& frater eius Cunradus de Harbac.*

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quedam femina nomine *Mathildis de Eccleſia* ſancti Petri, quandam ſui iuris ancillam nomine *Lugardam* cum filia ſua *Gerdrude* dedit ſuper Altare ſancti Petri in *Alterſpach* ad quinque denarios annuatim ſolvendos. H. r. t. ſ. *Alramus de Kambe*, *& mi es eius Pilgrimus*, *Hainricus de Eccleſia ſancti Petri*, *Ludpoldus ex Parochia Eckenheimſi.*

Num. LXIII. circa An. 1160.

Patent univerſitati fidelium, quod Eccleſie noſtre quoddam predium in *Eckenheim*, in commutatione alterius predii expenſum quondam fuit, quod poſtea longo tempre peracto, *Ekkebertus*, & frater eius *Oudalricus de Talmezzingen* ſuo iuri vendicare volebant. Si autem hec cauſa iudicialiter eſſet ventilanda conſilio Ducis Heinrici predicti fratres a nobis quinque talenta receperunt, & omnem proprietatem, quam in eodem predio ſibi vendicabant, per manum illuſtris viri *Babonis de Zullingen* Eccleſie Alterſpacenſi in curia Stalboun celebrata delegaverunt. H. r. t. ſ. more Bawarico per aurem tracti. *Fridericus prefectus Ratisponenſis Hainricus Comes de Stiviningen*, *Hainricus de Stouphe*, *Werenhardus de Horbach*, *Babo de Zullingen*, *& Wernherus frater eius*, *Oudalricus de Haſelbach*, *Babo de Eringen*, *Hademarus de Ahuſen*, *Erbo de Mangoltingen*, *Erbo de Sciltarn*, *Oudalricus*, *& Ekkebertus de Talmezzingen*, *Burchardus avunculus eorundem*, *Fridericus de Brunowe*, *Eberhardus*, *& Cunradus fratres eius*, *Alram de Retinbach*, *& Cunradus frater eius Harwart de Nituar*, *Gerungus de Berge*, *Alhart de Biſigin*, *Rudolfus Stahil.*

Notum facimus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam homo nomine *Reinhardus de Wenge* cum filiis

filiis ſuis tradidit mancipium nomine *Ditmarum* ſuper Altare ſanⓒte Marie in *Alderſpach* ad quinque denarios. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Suainheim*, *&* *filius eius Sifridus*, *Ditterricus de Aicha*, *Bertoldus*, *&* *filius eius Counradus de Etenbach*, *Heinricus de Waccemanberc*, *Bertoldus de Hilt.*

Num. LXIV. circa An. 1145.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam liberi duo homines *Bruno*, *&* *Rubertus* comparaverunt predium quoddam in *Alderſpach a Herbodone*, & ſorore eius per manus *Harnoldi* nobilis viri de *Hilteſpach*, & hoc rogatu predicti *Herbotonis*, & ſororis eius: quod poſtea *Rubertus* per plures annos absque ulla contradictione poſſidens, tradidit manu poteſtativa cum cunctis prediis ſuis coram Rege, & Principibus multis ſuper Altare beati Georgii Martyris *Babenberhe* in uſum ſcilicet fratrum *Alterſpac* Deo ſervientium huius delegationis idonei inveniuntur Teſtes ſcripti in privilegio, quod continetur *Bavenberch*, *&* *Batavie.*

Num. LXV. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod vir quidam nomine *Routmar de Acinbach*, conſenſu uxoris ſue *Hemin*, & liberorum *Adelrami* ſcilicet, & *Methildis* famulum ſuum *Pertholdum* nomine tradidit Deo pro remedio anime ſue ſuper Altare beati Iacobi Apoſtoli *Alterſpach*, ea conditione, ut ſuper illud per ſingulos annos in teſtimonium ſue libertatis offerat quinque denarios. H. r. t. ſ. per aurem adtracti. *Beringer de Aninheim*, *Uuerinharth*, *Walchoun*, *Dietmar*, *Perinharth*, *Reginharth de Suainheim*, *Otto*, *&* *Luibertus de Atinbach.*

Noverit omnis ſexus, & etas, conditioque, quod *Marquardus* cognomento de *Buitilſpach* pro abſolutione peccatorum ſuorum, & retributione eternorum primorum tradidit ſuper Altare beati Iacobi Apoſtoli *Alterſpach* famulum ſuum *Fridericum* nomine, ea conditione, ut ſuper ipſam Miſſam ſingulis annis penſum ſolvat V. numorum. H. r. t. ſ. per aurem attracti. *Guintherus, item Guinther filius eiusdem Walcoun de Aninhem, Heribo de Wouchinſin, Eberwinus de Routhi, Reginhart, Perinhart de Suainheim.*

Num. LXV. circa An. 1170.

Notum eſſe cupimus tam preſenti, quam future in perpetuum univerſitati fidelium, quod *Burchardus*, & uxor eius *Landdrath de Hetinbach* quoddam predium comparaverunt a fratribus de *Alterſpach*, in *Chadelingen* cum predio ſuo, quod habuerunt Gumpretingen additis XX. talentis, ac delegaverunt ſuper Altare S. Iacobi Apoſtoli in *Alterſpach* per manum nobilis viri *Adelrami*. H. r. t. ſ. *Willehalmus de Mulleheim, Heinricus de Heckenheim, Couno de Houhenſtat, Nitard de Walcſingen, Hertwich de Walgſingen, Thiemo de Eccleſia ſancte Marie, Lutwinus de Goppingtn, Marcquart de Budelſpach, Engelboto de Berendorf, Burchart de Hetinbach, & filius eius Heinricus, Willehelmus de Erlbach, Bero, & Fridericus de Hettinbach, Goumpolt de Walgſingen.*

Num. LXVIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod *Hildepoldus de Grieſtorf* delegavit predium *Dietheri de Wenge*, ſuper Altare ſancti Iacobi Apoſtoli *Alterſpach* rogatu eiusdem *Dietheri*, & uxoris eius eorumque filiorum. H. r. t. ſ. *Adelramus de Chambe, & Wergandus de Rumetingen, & Heinricus de Heinrichesdorf, & Willehalmus de Ganhartesdorf, & Heinricus, de Helpfowe, Eberhardus de Suecenbach, & Thiemo de Chambe, Hildepoldus de Crieſtorf.*

ſtorf, & *Luitwinus de Goppingen*, & *Walchoun de Amheim*, *Marowardus Iunior de S. Lucia*, & *Goteſcalcus de Ancenkirchen*, & *Burchardus de Hetinbach*, & *Babo de Houeſtete*, *Gemmunt de Walcſingen.*

Noverint item omnes Chriſti fideles, quod quidam vir nomine *Goteſridus*, & filius eius *Adelbero de Waldehoven*, tradiderunt ſilvam quandam ſuper idem Altare per manus nobilis viri *Adelrami de Chambe.* Huius rei Teſtes ſunt, qui & ſuperius.

Item norint omnes Chriſti cultores, quod ſupradictus *Hildeboldus de Criesdorf* rogavit Dominum *Adalramum de Cambe*, ut predium ſuum, quod ſitum eſt in Crieſtorf delegaret Deo ſervientibus in Alterſpac poſt obitum ſuum id quocunque alio tempore rogatus fuerit. Teſtes huius rei ſunt, omnes ſuperius ſcripti.

Num. LXIX. circa An. 1160.

Teſtificamur cunctis fidelibus Chriſti teſtificatione fideli, qualiter nobilis vir *Theodericus de Boungarten*, & mater eius *Counegunt* tradiderunt ſilvam quandam ſervientibus Deo fratribus in Alterſpach, in ſupra dicto loco Boungarten, pro remedio anime ſue. Huius rei Teſtes ſubnotanter, idem *Dietricus de Boumgarten*, *Engelſcalcus de Rumentingen*, *Goumboldus de Boungarden*, *Couno de Honſteten*, *Counradus de Buthenberch*, *Marcquardus de Wenge*, *Liutwinus de Gopingen*, *Willehalmus de Ihelingen*, *Heinricus de Humoldsdorf.*

Item teſtificamur, quod nobilis vir *Theodericus de Boungarten* delegavit predium quod eſt in Eſenhem ſervientibus Deo in Alterſpach per manus *Domini Adalrami de Chambe.* Huius rei Teſtes ſunt ſupradictus: *Theodericus de Boungarden*, *Bauo de Couzlingin* & *filius eius Bauo*, *Cunradus de Riſpac* & *frater eius Erhart Chounradus cognatus eorum de Buchesberg*, *Oualricut de Eccleſia ſancte Marie*,

rie & filius eius Outricus & Thietmarus, *Willehelmus de Mulcheim*, *Heinricus de Echenheim*, *Hartlibus de Wincere*, *Gozwinus de Oſterhoven & filius eius Gozwinus*, *Sigeboto de Birenbac & frater eius Wolfgangus*, *Luitwinus de Gopingen*, *Marcquardus de Wulfa & filius eius Marcquardus*, *Godeſcalcus de Nancenchirchen*, *Marcwardus de Siuuere*, *Heinricus de Wigradingin*, *Baldwinus de Omesheim.*

Num. LXX. Anno 1252.

Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuris, quod *Chunradus Seilar* cum uxore ſua *Mathilde* & ſorore eiusdem *Alheide* prediolum ſuum in Outinchoven, duas ſcilicet areas cum agro adpertinente & prato, quod dicitur Nezzelpeunt pro remedio anime ſue & progenitorum ſuorum *Engelfridi & Rhaze* beate Virgini in Alterſpach tradiderunt, per manus delegatoris nobilis *de Poumgarten*, nomine *Dietricus* preſentibus teſtibus ſubſcriptis. Teſtes ſunt *Rapoto Prior*, *Heinricus Suprior*, & alii quam plures. Acta ſunt anno Domini M.CC.LII. VII. Id. Aprilis. De prediolo ſupra ſcripto tenentur nobis reſidentes in ipſo dare annuatim X. denarios & ſi heredes omnes deceſſerint totum predium in uſus cedet Eccleſie & proventus.

Num. LXXI. Anno 1247.

Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuris, quod *Ludwicus de Dexingen* teſtatus eſt nobis in articulo mortis pro remedio anime ſue quoddam predium in Rathalmſperge apud Hekkign parrochiam ſitum. Huius rei Teſtes ſunt: *Voglo Plebanus de Chamborn*, *Eberwinus de Louphartstorf*, *Albertus de Oxign*, & alii plures. Actum anno Domini M. CC. XLVII.

Num. LXXII. circa An. 1247.

Omnibus ſcriptum hoc intuentibus notum ſit, quod *Luitoldus de Heſte*, qui aput nos ſibi ſepulturam elegit, teſtatus eſt nobis

bis predium ſum in Obernheim, pro remedio anime ſue, aſſentientibus filiis ſuis *Leutoldo & Heinrico* qui predictum predium ſuper Altare beate Marie Virginis obtulerunt, coram teſtibus ſubſcriptis. Teſtes autem venerabilis Dominus Abbas *Theodericus*, *Papoto Prior*, *Heinricus ſuprior*, *Anſelmus Cellerarius*, *Chunradus Cuſtos*, *Rubertus Plebanus de Eitenbach*, *Eckericus de Guncingin*, *Oulricus Plebanus de Gerguis Cognatus eiusdem Leutholdi*, & alii quam plures. Actum eſt hoc anno Domini M. CC. LII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Fridericus de Goppingen*, & *Chouno* cognatus eius predium ſuum in Goppingen tradiderunt, ſuper altare ſancte Marie pro ſalute ſua, & omnium parentum ſuorum, de quo ipſi in eo reſidentes nobis annuatim ſolvent X. denarios. Huius rei Teſtes ſunt: venerabilis Dominus *Theodericus Abbas*, eiusdem loci, *Rapoto Prior*, *Heinricus Suprior*, *Chunradus Cuſtos*, & alii plures. Actum anno Domini M. CC. LII. VI. Id. Aprilis.

Num. LXXIII. Anno 1216.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Heinricus nobilis de Boumgarten* advocatie quam in Route habere videbatur, cum iter arriperet Romam eundi, pro ſalute ſua, & ſuorum ſucceſſorum renunciavit, ita, quod nec ipſe, nec aliquis heredum ſuorum futurorum, quia tunc nullum heredem habuit, aliquod ius advocatie ſibi in eodem predio vendicarent, & ut hoc animo promptiori faceret, equum unum ſibi dedimus ad ſubſidium itineris ſui, actum eſt autem hoc anno Domini M. CC. XVI. ſub tilia Boumgarten, preſentibus teſtibus ſubſcriptis & a venerabili Domino *Ludwico* tu c temporis Abbate in Alderſpach exiſtente omnibus more Bawaric › per aurem tractis, *Pilgrimus Decanus de Sconenowe*, *Heinricus Plebanus de Gravindorf*, *Ludwicus Plebanus*

banus de Ekkenheim, *Wergandus de Roumptingen*, *Atramus de Eccleſia ſancte Marie*, *Otto de Poſſemounſter*, *Rudolfus de Moulberch*, *Chounradus Glecil de Schenowe*, *Heinricus frater ſuus de Haslo*, *Chunradus de Walde*, *Heinricus de Schachen*, *& Hiltpertus frater ſuus*, *Eberhardus de Omsheim*, *Chunradus de Niweheim*, *Albertus de Ernſtign*, *& Ulricus frater ſuus Chunradus de Grube*, *Gebehardus de Preneperge*, *Eberhardus de Heſte*, *Fridericus de Mazinge*, *Chunradus Span de Aſpratign*, *& frater ſuus Heinricus*, *Engelbertus de Waldhoven*, *Chunradus de Pircha*, *Hartwicus de Percheim*, *Wernhardus de Route & frater Heinricus Arnoldus de Aſpratign*, *Oulricus de Limpach*, *Heinricus de Uribretign*, & alii quam plures.

Num. LXXIV. Anno 1272.

Anno Domini M. CC. LXXII. pridie Kalen. Septemb. dedit nobis *Alhardus de Hute* dum ageret in extremis pro remedio anime ſue, & omnium parentum ſuorum duas partes curie ſue in Prune iuxta Vilſam in Parochia Aufhauſen ſitam, & ut dicta curia totaliter & libere ad Eccleſiam noſtram in Alterſpach de cetero pertineret, tertiam partem eiusdem curie aput *Hertwicum de Houte* patruum predicti Alhardi comparavimus, pro XXV. talentis denarioriorum Ratisponenſium perpetuo poſſidendam & Dominus noſter illuſtris Dux Bavarie Heinricus delegator ipſius quod vulgo *Salman* dicitur ipſam curiam in Prune nobis per manum ſuam aſſignavit cum omnibus ſuis attinentiis & iuribus more debito & conſueto, & eſt hic ſepultus predictus Alhardus.

Num. LXXV. Anno 1256.

Omnibus Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis *R. de Ezzenbach* ſalutem in omnium ſalvatore, ne temporum viciſſitudo que ſub tempore geruntur aboleat, expedit, ut ſcripte memorie perenneter, hinc eſt, quod tenore preſentium ad notitiam

per-

pervenire volumus ſingulorum, quod nos *R. de Ezzenbach* liti ceſſimus, que verſabatur inter venerabiles viros monachos de Alderſpach & nos, pro predio quod Hezenhof dicitur, quod a Palatino Comite R. aſtruunt ipſis datum, nos vero idem predium collatum nobis iure aſſeruimus feodali. Poſtea nos quoque ſaluti anime intendentes, in reconpendium ablatorum & in dotem altaris ſancti Iohannis Baptiſte, quod in predicto cenobio conſtrui fecimus, predium in Putelsbach, quod noſtrum eſſe noſcitur, in utroque facto, plenitudine voluntatis filiorum noſtrorum *Rapotonis*, *Ortolfi*, & *Alberonis*, nec non & uxoris liberaliter accedente, poſſidendum perenniter pretaxatis conferimus dominis, ut eorum iugiter crebrius a predictis precibus adiuvemur. In cuius rei teſtimonium preſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri appenſione cum ſubaratis teſtibus communiri. Teſtes autem ſunt: *Comes Heinricus de Ortenberch*, *Dietricus de Stetinge*, *Oulricus de Poppinge*, *Reinoldus Chunradus de Prukke*, *Otto de Hanreut*, *Mengotus de Geililperge*, *Oulricus de Wirtinge*, *Hiltpercus de Uriendorf*, *Oulricus de Dreſchirchen*, *Chriſtianus Civis Patavienſis*, *Oulricus Praxator*, & alii quam plures. Datum anno Domini M. CC. LVI. VII. Id. Octobris.

Num. LXXVI. Anno 1254.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam miles nomine *Wichnandus de Hoina* teſtatus eſt Eccleſie Alterſpacenſi, pro remedio anime ſue quoddam predium in Schornberge, cum voluntate uxoris ſue puerorumque ſuorum, ea conditione, ut memoriam ſui, ſuorumque progenitorum habeamus. Huius rei Teſtes ſunt: *Fridericus Plebanus de Riſpach*, *frater predicti Wichnandi*, *Sighardus Plebanus de Obernhuſen*, *Heinricus Plebanus de Gotfridigen*. *Otto Plebanus de Richerſtorf*, *Hermannus filius Wichnandi*,

nandi, & alii plures. Actum eſt hoc anno Domini M. CC. LIV. nonas Ianuarii; qua etiam die apud nos eſt ſepultus.

Num. LXXVII. circa An. 1258.

Omnibus tam preſentibus, quam futuris notum ſit, quod quidam homo nomine *Hermanus de Urienperge* gener ſupradicti Wichnandi teſtatus eſt Eccleſie noſtre in Alderſpach, pro remedio anime ſue & progenitorum ſuorum, quoddam predium in ſuperiori Raipach ſitum, qui etiam apud nos ſepulturam ſibi elegit. Huius rei Teſtes ſunt, qui tunc preſentes fuerunt, venerabilis Dominus *Heinricus Abbas de Reitenhasla*, qui eundem *Hermannum* ſepelivit, *Sighardus Decanus de Obernhuſen*, *frater predicti Hermanni*, *Eberhardus Plebanus de Manimign*, *Cunradus Plebanus de Rouzzign*, *Hermannus filius ſuus*, *Gerhardus de Penchuſen*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LVIII. IV. nonas Iulii. Item notandum, quod reſiduam partem ſupradicti predii in Rorbach comparavimus aput quemdam nobilem Dominum *Weilwerger* pro VIII. lib. Ratisponenſibus.

Num. LXXVIII. Anno 1157.

In nomine ſancte, & individue trinitatis. Albonus Dei gratia Patavienſis Electus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Multa quidem bene, illa vero peroptime collata pro Deo videntur Beneficia, in quibus vere & feliciter & Chriſtiane honoratur, & fratrum Religioſorum Deo ſervientium indigentia aliquatenus relevatur. Itaque Dominum Sifridum pium & venerabilem Alterſpacenſis monaſterii Abbatem ſimul & fratres ſuos in Domino libenter exaudientes & ſpe retributionis eterne inducti atque inclinati, aream quandam ſecus Danubium in Patavia, que noſtri iuris erat & proprietatis, fratribus noſtris maioris Eccleſie Canonicis ea tradidimus conditione, ut eandem predictus Abbas

&

& fratres ſui eorumque ſucceſſores a preſentibus, & futuris Patavienſis Eccleſie Kathedralis Canonicis in perpetuum accipiant, & obtineant in beneficium verum. Tamen in circuitu nimis ſtricta fuit, & arta fuit area, quam pretexuimus, ac Abbatis & Monachi utilitati minus poterat ſufficere, aream coadiacentem, nos & fratres de Choro, ad quos ſpectat utraque area, Domini Abbatis amore vincti, & familiari pietate divicti in augmentum gratie maioris atque Beneficii ſuperaddidimus. Quatenus ob Dei reverentiam, & remunerationem perpetuam, civitatem noſtram viri Religioſi hinc aut inde pretereuntes, ipſi quoque de predicto loco monachi & bona ipſorum prebendalia, conſtructis ibi Domo atque cellario in tuto, & quiete recipiantur. Hiis omnibus ut pridem eſt ſollemniter atque publice peractis. Ut autem vigorem ſuum & ſtabilem in perpetuum obtineret memoriam, preſentis pagine teſtamentum & ſubſcriptarum teſtimonium perſonarum inde conſcribi, & ſigillo muniri & in armario noſtro contra oblivionem & violentiam obtrectatorum conſervari precepimus. Teſtes ſunt de Clero, qui aderant *Sichardus* Decanus ſcolarum, Magiſter *Heinricus. Chunlinus Archipresbiter*, *Otto Subdiaconus de Ried*, & alii. Ex laicis vero nobilibus, *Rapoto Comes de Ortenberch*, *Dietricus de Boumgarten*, *Potto de Maſſigen.* Ex miniſterialibus vero Teſtes ſunt: *Otto de Struben*, *Rudgerus de Aheim*, *eiusque filius Marquardus*, ceterique, ex civibus vero quam plurimi. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini M. C. LVII. datum Patavie IV. Kal. Auguſti feliciter Amen.

Num. LXXIX. circa An. 1241.

Heinricus Dei gratia Comes de *Ortenberc*, notum facio omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod ego in articulo mortis conſtitutus, teſtatus ſum pro remedio anime mee predium quoddam in *Liezingn* in uſus fratrum in *Alterſpach* Deo militantium,

Numr. LXXXII. Anno 1295.

Anno Domini MCCXCV. in die quatuor Coronatorum Dominus *Hugo* venerabilis Abbas in villa noſtra *Furſtencell* poſt obitum Domini *Hainrici* felicis recordationis huic domui preficitur in Abbatem.

Item evicimus de manu Domini *Hainrici de Baumgarten* advocatiam ſuper prediolo in *Aſprechting* pro XVIII. talentis.

Item Dominus *Berchtoldus de Haidendorf* dedit ſancte Marie in *Alderſpach* hubam in *Hauſpach*, cum hominibus omnibus ad eandem hubam pertinentibus, qui ſunt, *Wernhardus*, & uxor ſua *Elizabeth*, *Ulricus*, *Heinricus*, *Albero* fratres ſui cum omnibus liberis eorundem: hanc autem hubam dictus ... querimonialiter aggreſſus eſt coram Iudice in *Landau*, aſſerens ſibi attinere iure feodali, quia nos eandem impetitionem ſeu vexationem abſolvimus ab eo datis ſibi, & hiis qui cum eo erant, XIV. ſolidis, & ipſe tunc reſignavit ius ſuum ſuper Altare beate Marie Virginis, & adſtipulavit coram teſtibus iuri ſuo.

Item aliam hubam ibidem in *Hauſbach* dedit, & delegavit nobis Dominus *Reinoldus de Guteneck* in extremo vite ſue tempore, cum in Patavia moreretur, conſentiente uxore ſua, & liberis ſuis, eſtque nobiscum in *Alterſpach* traditus ſepulture, cuius vexationem redemimus aput Dominum *Altmannum de Leubolving* pro LX. denariis.

Num. LXXXIII. Anno 1301.

Item anno Domini MCCC. primo comparavimus aput Dominum *Hartwicum de Houte* predium in *Chreuzdorf* pro VII. libris. Item anno Domini MCCCII. comparavimus predium in *Chreuſdorf* iuxta curiam noſtram antiquam, apud Dominum *Reinoldum Militem de Gutenekke* pro IX. libris Ratiſponenſium denariorum.

Item

Item anno Domini MCCCII. Magiſter *Engelſcalcus* Patavienſis Eccleſie Canonicus, Doctor decretorum, delegavit Eccleſie noſtre S. Marie in *Alderſpach* predia ſua in *Eholſing* ſcilicet III. curias, duas hubas, & unum molendinum: qui prefatus Doctor apud nos in *Alderſpach* ante Altare S. Crucis, & S. Stephani in Monaſterio eſt tumulatus. Dominus vero Dux *Otto*, & frater ſuus Dominus *Stephanus* de predictis poſſeſſionibus poſt mortem prius dicti Magiſtri ſe intromiſerunt, aſſerentes, quod dicte poſſeſſiones ad ſe pertinerent, titulo proprietatis, & iure advocatitio, quapropter redimendo exactionem, & vexationem dedimus dictis Dominis noſtris Ducibus ſolutione predictarum poſſeſſionum centum libras Ratisponenſium denariorum, & XXVIII. libras conſulibus, & notariis eiusdem monete. Super hiis predictis poſſeſſionibus tenemus predictorum Dominorum Ducum publica privilegia ſive inſtrumenta ad cautelam certam, ſimulque aliorum inſtrumentorum confirmationes ſuper hiis detinemus.

Num. LXXXIV. Anno 1257.

Omnibus hoc ſcriptum inſpecturis notum ſit, quod quidam homo nomine *Bertoldus de Gottindorf* comparavit nobis quoddam predium *Chriechſtorf* ad quemdam militem nomine *Ulricum de Riſa*, pro ſalute anime ſue accedente ad hoc voluntate fratris ſui nomine *Wilhelmi de Riſa*, & *filiorum ſuorum Heinrici*, *Wolfheri*, *Ulrici*, *Wilhelmi*, *Friderici*, & aliorum conſanguineorum ſuorum, quod nunquam nos pro eodem predio inpetant, quia predictus *Pertholdus* nobis libere dedit nullo contradicente. H. r. t. ſ. venerabilis Abbas *Albertus*, tunc temporis Abbas Alderſpacenſis Eccleſie, *Rapoto* prior, Chriſtianus cuſtos frater *Chunradus* officialis *Rubertus* converſus, *Reinoldus* miles, Pater predicti *Pertholdi de Gottinsdorf*, *Reinoldus* frater ſuus Plebanus S. Egidii Pataviensis, *Heinricus* Rex, *Otto de Huſpach*, & alii plures. Acta ſunt hec anno Dom.

Dom. MCCLVII. XIV. Kal. April. prima vice in *Plimtigen* abdicatione omnium parentum ſuorum poſtea in *Alderſpach* coram Conventu, & aliis Laicis.

Num. LXXXV. Anno 1262.

Notum ſit omnibus, preſens ſcriptum intuentibus, quod ego *Dietricus* Abbas in *Alderſpach* proceſſu temporis medietatem ſupradicti predii in *Chriechſtorf* comparavi erga viduam, & relictam cuiusdam militis nomine *Wilhelmi de Riſa* pro quinque libris Ratisponenſium denariorum preter LX. denarios, accedente voluntate filiarum ſuarum *Berthe*, *Eliſabeth*, & *Mathildis*, ita, quod nec ipſa vidua, & relicta nomine *Mathildis*, & filie ſue, nec aliquis conſanguineorum ſuorum de cetero nos in eodem predio moleſtent. H. r. t. ſ. *Oulricus de Riſa*, & filii ſui *Wilhelmus*, *Oulricus*, *Hartwicus de Puche*, *Fridericus Sagittarius*, *Rapoto de Pouche*, & alii quam plures. Acta ſunt hec in *Plimtign* anno Domini MCCLXII. XVIII. Kal. Septemb. ſupra ſcriptis Teſtibus preſentibus, & aliis multis.

Num. LXXXVI. circa An. 1280.

Item comparavimus poſſeſſiones noſtras in *Henzing*, & *Styunſdel* aput Dominum *Dietricum liberum de Paumgarten* pro LXXXV. libris Ratisponenſium denariorum *Harcita* vini cum hominibus, & omnibus attinentibus eis.

Iſte Dominus *Ditricus de Baumgarten*, comiſit Domino Epiſcopo *Heinrico* Ratiſpon. filium ſuum, & duas filias, & aſſignavit ei iura feodalia in *Auſtria* caſtrum in *Hauſekk*, & forum in *Groſten*, & ducentos quinquaginta quinque houbas, & aliis omnibus poſſeſſionibus renunciare fecit, quod & fecerunt.

EXPLICIT.

DIPLO-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Litteræ fundationis. Anno 1139.

Otto Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus Aſcuino Alderſpacenſi Prepoſito, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quamvis ſecundum doctrinam apoſtolicam neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Nos tamen de miſericordia Dei confidentes loca divino cultui mancipata fovere, & promovere ſtuduimus, ſcientes, quoniam unusquisque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Quapropter dilectiſſime in Domino frater Aſcuine Prepoſite, tuis & fratrum tuorum iuſtis petitionibus libenti animo conſentientes, Eccleſiam, quam nos in loco Alderſpach dicto fundare cepimus una cum Eccleſia & decimis ab Eccleſia Patavienſi legitime commutatis, & cum parte Sylve in Nortwalt tibi aſſignata, pariterque cum omnibus aliis eidem loco quorumlibet fidelium oblationibus iuſte collatis, vel adhuc conferendis, Deo ac beato Petro Principi Apoſtolorum offerimus, ſtatuentes, ut ibidem Fratres ſecundum regulam beati Auguſtini religioſe converſantes in perpetuum maneant, qui perfectionis ſue meritis apud Deum noſtre imperfectioni ſubveniant. Fratribus autem eisdem liberam facultatem concedimus, ut Prepoſito, vel advocato ſuo decedente alium, quemcunque voluerint Prepoſitum vel advocatum idoneum & competentem ſibi eligant, quatenus ſalva proprietate & iure noſtre Babenbergenſis, nec non etiam debita ſubiectione Patavienſis Eccleſie nulli licentia pateat, exactionibus, vel quibuslibet moleſtiis vos pregravandi, ſed quiete debita perfruentes ita temporaliter Domino militare valeant, ut & ipſi a Domino laboris ſui mercedem accipiant, & nos, cum de-

fecerimus, in eterna tabernacula ab ipſis recipi mereamur. Omnibus benefacientibus, & hec iura dicto loco ſervantibus a Domino pax multiplicetur, contemptoribus autem & transgreſſoribus huius noſtre inſtitutionis, niſi ſecundo tertiove commoniti reſipuerint, & exceſſus correxerint, in diem iuſti iudicii Dei debita vindicta reſervetur. Ut autem hec noſtre inſtitutionis pagina equitate & iuſtitia roboretur, communi fratrum noſtrorum ſubſcriptione & ſigilli noſtri impreſſione eam communivimus. Huius autem rei & inſtitutionis teſtes ſunt dilectiſſimi fratres noſtri Babenbergenſis Ecclefie maioris Canonici, *Eberhardus Prepoſitus*, *Egilbertus Decanus & Prepoſitus*, *Tyemo Prepoſitus*, *Ruzelinus Prepoſitus*, *Chunradus Cuſtos*, *Tuto Scolaſticus*, *Magiſter Eberhardus*, *Volcmarus*, *Udalricus*, *Hermannus*, *Leopoldus*, *Perchtoldus*, *Heinricus*, *Volcmarus*, *Pero*, *Chunradus*, *Meginhardus*, *Otto*, *Udalricus*, *Adalbertus*, cum ceteris omnibus, liberi autem homines: *Rapoto Comes de Vraneſtorff*, *Eberhart*, *Heinrich Megingoz & frater eius de Truzhane*, *Adalbero de Steinach*, *Heinrich & Marcwart de Rohenhoſtete.* Miniſteriales autem *Pillunc*, *Gondelock*, *Ezzo*, *Uto de Purgelin*, *Pero Herdegen*, *Folnant*, *Leopolt filii eius de Aiske.* *Folnant*, *Hartung de Miſſendorf.* *Udalrich de Hadelogedorf.* *Rudolf Gotbolt*, *Hartlieb*, *Arnolt de Oſterhoven*, *Eberhart de Wintzer*, *Rapoto filius eius*, *Dietmarus de Podingen*, *Perchtolt de Tellingen*, *Rudiger de Ebringen*, & alii quam plures. Anno ab Incarnatione Domini M. C. XXXIX. indict. V. Acta ſunt hec Babenberg feliciter.

Num. II. Confirmatio fundationis per Epiſcop. Dioeceſ. Anno 1139.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Regenbertus Dei gratia Pataviensis Epiſcopus Aſcwino Prepoſito beati Petri in Alderſpach, eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In arduo Pontificalis dignitatis culmine divina favente clementia con-

conſtituti ſollicite penſare debemus, qualiter a cunctis, qui ſub noſtro ſunt regimine, per legitimos tramites omnium calumniantium iniquitates propulſare valeamus,* ut quemadmodum Patres cenſemur nomine, ita comprobemur in opere. Quapropter dilecte in Domino frater Aſcwine Prepoſite, tibi tuisque ſucceſſoribus legitimis, & fratribus veſtris in Alderſpach Deo militantibus preſentis ſcripti auctoritate tradimus denuo, & corroboramus Eccleſiam cum decimis a Domino Reginmaro bone memorie predeceſſore noſtro, per interventum fundatoris veſtri Domini videlicet, & Patris noſtri venerabilis Ottonis Babenbergenſis Epiſcopi pie recordationis, ſub commutatione ſeptem manſorum vobis collata, quatenus & vos perfectionis veſtre ſtudiis imperfectioni noſtre apud Deum ſubveniatis, atque in eterna tabernacula, cum defecerimus, nos recipiatis. Inſuper omnia a predicto loci veſtri fundatore vobis tradita, vel ab aliis quibuslibet fidelibus collata, vel conferenda ſub noſtram protectionem ſuſcipimus, ſub interminatione banni noſtri precipientes, ne aliquis auſu temerario vos infeſtare, aut veſtra diminuere preſumat, ſtatuimus, & ut locus veſter immunis ſit omni tempore ab omnimoda pregravatione, & exactione ordini veſtro contraria adiicientes, ut ibidem ordo veſtre profeſſionis omni evo illibatus permaneat. Liberam quoque facultatem per ſucceſſiones perſonarum & temporum eligendi vobis Prepoſitum vel advocatum, quemcunque volueritis idoneum, quantum in nobis eſt, veſtre fraternitati concedimus. Omnibus hec iura predicto loco ſervantibus gratia & pax multiplicetur, contemptores autem & transgreſſores huius noſtre conſtitutionis tremendi iudicis iram incurrant, & excommunicationi perpetue ſubiaceant, niſi reſipuerint, & ad ſatisfactionem venerint. Fiat, fiat, Amen. Actum anno Dominice incarnationis M. C. XXXIX. indict. II.

Num. III. Immunitas vineæ in Crembs. An. 1140.

Ego Luitpoldus Dux Bavarie notifico cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod videlicet Pater meus *Luitpoldus Marchio* cuiusdam Vinee in Chremſi, que pertinet ad Eccleſiam ſancti Petri in Alderſpach, abdicato iure ſuo cenſuali illud ipſi ſancto Petro dono dimiſit, cuius ego exemplum ad bonitatem imitatus, alterius cuiusdam Vinee eodem in loco ius ſimile meum eidem Eccleſie relaxavi, & pro Patris mei requie, & omnimoda corporis & anime mee incolumitate manu poteſtativa ſancto Petro dedi. Huius rei teſtes idonei teſtificantur iſti, & de priori quidem vinea *Luitoldus Comes de Plagin*, *Adelbertus frater meus*, *Gebhardus Comes de Peugin*, *Adelbertus frater ſuus*, *Adalramus de Pering*, *& frater ſuus Adalbertus*, *Otto & frater ſuus Walchim de Machlant*, *Otto & Hartwich de Purkſtal*, de ſecunda vero *Sigfridus Comes de Lebenaw*, *Adalbertus filius Adalberti Comitis*, *Udalricus Iunior de Techindorf*, *Dietmar de Sichendorf*, *Rahwin de Winkil*, noſtrum autem teſtimonium ipſum noſtrum eſt privilegium noſtro ſigillo inſignitum.

Num. IV. Confirmatio Papalis Eugenii III. 1147.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Sifrido* Abbati ſancte Marie de *Alderſpach*, eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, eapropter dilecte in Domino fili *Sifride* Abbas tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beate Marie Monaſterium, cui Deo auctore preeſſe dinoſceris, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes: ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium inpreſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, obla-

oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuisque Succeſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum videlicet, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, *Gumprechtingen, Lieſſingen, & Gundoldingen.* Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimam exigere preſumat, decernimus ergo, ut nulli omnino liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, & temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua ergo in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Datum Altiſiodori per manum *Gwidonis* ſancte romane Eccleſie Diaconum Cardinalem, & Cancellarium. Idibus Auguſti, indictione 10. Incarnationis Dominice anno MCXLVII. Pontificatus Eugenii III. Pape anno tertio.

Num. V. Conſtitutio cæſarea ſuper Advocatia. An. 1183.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus in perpetuum. Quia nihil nobis adeo familiare eſt,

 ſicut

ſicut humanitas, eam ad omnes quidem, maxime tamen ob favorem religionis ad perſonas extendimus eccleſiaſticas. Inde eſt, quod nos venerabili fratri *Eberhardo* Abbati in *Alderſpach*, perſequenti Eccleſie ſue iniurias iuſtitie noſtre prebuimus audientiam. Conqueſtus ſiquidem eſt in auribus noſtris, quod *Alramus de Kambe* iniuſte ſuam gravaret Eccleſiam vendicans ſibi, que nullo ei iure competebat, eiusdem cenobii advocatiam. Cumque nos eundem *Alramum Nuremberge* conveniremus actione iniuriarum, ſub frequentia Principum in conſiſtorio dixit, ſe eandem advocatiam nomine beneficii tenere, a dilecto conſanguineo noſtro *Ottone* Babenbergenſi Epiſcopo; porro requiſitus ſuper hoc verbo predictus Epiſcopus aſſeruit, & legitime Teſtibus probavit in preſentia noſtra, quod advocatiam feodali iure ab *Alramo* eviciſſet, quam certum fuit, eum perperam uſurpaſſe. Cum itaque prefatum Monaſterium ab eiusdem *Alrami* iniurioſa vendicatione ſit exemptum, petitione Clerici conſanguinei noſtri prefati Babenbergenſis Epiſcopi conſtituimus, ut ſi placuerit Abbati Alderſpachenſi defenſorem rerum ſuarum eligere in perpetuum, in optione eius ſit cum conſilio Babenbergenſis Epiſcopi idoneam ſibi ad hoc onus invenire perſonam, que ſi forte gravis ei fuerit, & moleſta, libera ſit Abbati facultas alium eligendi adhibito conſilio Epiſcopi. Ut autem hec rata, & inconvulſa permaneant, & perpetue firmitatis vigorem obtineant, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, & idoneorum Teſtium ſubſcriptione roboramus. Teſtes ſunt, *Rugerius Kameracenſis Epiſcopus*, *Dipoldus Pataviensis Epiſcopus*, *Leupoldus Dux Auſtrie*, *Bertholdus Marchio Iſtrie*, *Berchtoldus Dux de Meran*, *Comes Berchtoldus*, & *frater eius Ulricus de Bergen*, *Comes Albertus de Eberſtein*, *Comes Theodericus de Waſſerburg*, *Conradus prefectus de Nürnberg*, *Comes Heinricus de Altendorf*, *Fridericus de Truhendingen*, *Reinhardus*, & *Eberhardus de Reiphenberg*, *Conradus Pincerna de Cipfe*, *Conradus Dapifer de Rotenberg*, *Herdegno de Grindela*,

delo, & alii quam plures: Datum apud Nürmberg anno Domini MCLXXXIII. indictione I. tertio Idus Martii.

Num. VI. Conſtitutio circa Advocatiam. Anno 1183.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. *Otto* Dei gratia XI. Babenbergenſis Epiſcopus ſuo ordine. Miniſterium diſpenſationis noſtre exequimur, ſi latera Eccleſie noſtre ſupra id, quod poſſunt, temptari non patimur. Nos itaque ſcientes, *Alramum de Chambe* occaſione advocatie, quam ſibi vendicabat, gravem eſſe cenobio Alderſpach, legitimis citatum induciis ſuper iniuria eiusdem Eccleſie convenimus, tandem poſt multas hinc inde habitas controverſias eum ab advocatia, quam perperam tenuit, feodali iure excluſimus. Quod factum in audientia Domini Imperatoris ſub exequentia Principum Nürmberg legitimo teſtimonio renovando firmavimus. Cum itaque prefatum Monaſterium iam dicti *Alrami* iurisdictioni ſit exemptum, licet ei deinceps eligere, quem voluerit, defenſorem ſuum, & rerum ei pertinentium, habito tamen conſilio Epiſcopi Babenbergenſis eiusdem Succeſſorum. Totiens autem liceat ei pro conſilio Epiſcopi commutare defenſoris perſonam, quotiens eum perſpexerit ſibi minus idoneam. Ut autem hec rata, & inconvulſa permaneant, & perpetue firmitatis vigorem obtineant, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, & idoneorum Teſtium ſubſcriptione roboramus. Teſtes ſunt horum: *Theobaldus Patavienſis Epiſcopus*, *Leupoldus Dux Auſtrie*, *Berchtoldus Marchio Iſtrie*, *filius ſuus Berchtoldus Dux Merane*, *Comes Berhtoldus*, *& frater eius Udalricus de Bergen*, *Comes Albertus de Eberſtein*, *Comes Theodricus de Waſſerburg*, *Conradus prefectus Nürnberg*, *Comes Heinricus de Altendorf*, *Fridericus de Truhendingen*, *Regenoldus & Eberhardus de Riphenberch*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXIII. indictione I. regnante invi-

invictiſſimo Imperatore Friderico, preſidente XI. Babenbergenſi Epiſcopo Ottone ſecundo.

Num. VII. Immunitas Auſtriaca An. 1198.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis ego *Leupoldus* Dei gratia Dux *Auſtrie* notum facio omnibus Chriſti fidelibus, me fratribus in Alderſpach Deo ſub monaſtica religione militantibus pro remedio anime mee, ceterorumque Progenitorum meorum hanc libertatem iure perpetuo indulſiſſe, ut bona ſua, que eis de predio ſuo provenire poterunt, quod in Auſtria providere videntur, in vino, frumento, vel quocunque emolimento ſine naulo, quod vulgo poſſumus dicere mutam, ad ſua libere deducant, & nihilominus, ſi quod ad opus preſati predii eis neceſſarium fuerit, ſub eadem conditione, ſine omni contradictione reducant, hoc autem ne proceſſu temporis aboleſcat, & ſuccedentibus aliis in oblivionem cadat, preſenti pagine iuſſi inſcribi, & ſigillo meo inſigniri, atque corroborari. H. r. t. ſunt, de Nobilibus: *Heinricus frater Ducis, & filius Ducis Fridericus, Comes Chunradus de Pilſtein, Sighardus Comes, & frater eius Heinricus, Dietricus Comes de Griezzenſtein, Leupoldus Comes de Hardeck, Otto Comes de Clamme, Fridericus Comes de Hochenburck, Chunradus prefectus de Niirnberg, Walthorn de Valkenberg, Craft de Einzenbach, Bernhardus de Horebach, Walchunus de Rotenberg*, de Miniſterialibus: *Heldmarus de Chunringen, Udalricus de Stous, & filius Pilgrimus, Hirenfridus de Gnennendorf, Heinricus de Madalhartſtorff, Ortliebus de Widerveldon, Rapoto de Schonnberch, Rugerus de Minnenbach*, & alii quam plures. Datum in Wienna in porticu Scotorum anno Incarnat. Dom. MCXCVIII. Kalend Septemb. indictione VIII. tenente ducatum Auſtrie Leopoldo ſecundo feliciter.

Num. VIII. Conſtitutio Cæſarea ſuper Advocatia. Anno 1199.

Philippus ſecundus divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Divinam maieſtatem nobis propitiam reddimus, ſi perſonis religioſis, & locis divino deputatis obſequio humanitatis noſtre accumulabimus favorem, amovendo ab eis cuiuslibet infeſtatoris moleſtias regia protectione. Eapropter noverint Chriſti & Imperii fidelium preſens etas, & poſteritas ſucceſſura, quod accedentes ad preſentiam noſtram ſub frequentia Principum apud Nürnberg Eberhardus venerabilis Abbas in Alderſpach cum confratribus ſuis quibusdam, authenticum perdilecti Patris noſtri Friderici quondam Romanorum Imperatoris divi Auguſti nobis exhibuerint, in quo manifeſtis cognovimus indiciis, quod memoratus Abbas coram ipſo Patre noſtro recolende memorie Monaſterii ſui advocaciam iure omnimodo, & legitimis probationibus evicit a quodam *Alramo de Chambe*, qui eam ſibi illicite, & nullo fretus iure uſurpaverat. Divine igitur remunerationis intuitu ratum haberi volentes, & inconvulſum, quod Pater noſter feliciter ſancivit, & a poſteris ſuis ſtatuit obſervandum, *Alramum de Chambe*, *Albertum filium*, & omnes heredes ſuos ab eadem advocatia, ſicut prius factum eſt, nec non coram nobis & Principibus prorſus removemus, nullam ſibi vel alicui in ea preſtamus Warandiam. Cum enim iuris ſit eorundem fratrum in bonis ſuis aſſumere, ſi quem voluerint advocatum & defenſorem, & ipſi ad hoc excellentiam noſtram idoneam elegerint, perpetuo defenſionis vinculo eam nobis advocatiam annectimus, a noſtra & Imperii poteſtate nunquam alienandam. Ad huius autem facti robur hanc paginam conſcriptam impreſſione ſigilli noſtri communimus. Teſtes huius rei ſunt *Conradus Moguntinus Archiepiſcopus*, *Diemo Babenbergenſis Epiſcopus*, *Wolfgerus Patavienſis Epiſcopus*, *Ot-*

to Friſingenſis Epiſcopus, *Lodowicus Dux Bavarie*, *Leupoldus Dux Auſtrie*, *Berchtoldus Dux Meranie*, *Eckibertus Prepoſitus*, *Fridericus Prefectus de Nurnberg*, *Diepoldus Landgravius de Leuckenberg*, *Comes Ludwicus de Ottingen*, *Comes Geueher de Tollenſtain*, *Waltherus de Lobenhauſen*, *Heinricus Marſchalcus de Challindin*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini M C XC. VIIII. indict. III. Datum Nürmberg per manum Conradi regalis aule Prothonotarii, 15. Aprilis.

Num. IX. Conſtitutio ſuper Advocatiam. An. 1203.

Philippus ſecundus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, omnibus Imperii fidelibus tam preſentibus, quam futuris duximus inoteſcendum, quod conſtituti in preſentia noſtra Abbas de Alderſpach & Confratres ſui dictante ſententia obtinuerint, quod iuxta venerandam ordinis Ciſtercienſis conſuetudinem licitum ſit ipſis, ſuper omnia bona Monaſterii ſui qualemcunque voluerint eligere defenſorem, & eundem etiam procedente tempore, ſi forte idoneus & ipſis utilis non ſit, ab ipſa advocatia removere. Porro ſententiam eandem divine remunerationis intuitu auctoritate Regia confirmantes ſtatuimus, & ſub pena gratie noſtre diſtricte precipimus, ut nullus hominum eam infringere audeat, vel occaſione aliqua poteſtatem ullam ſuper predictorum fratrum poſſeſſiones preter voluntatem eorum ſibi vendicare. Quod qui facere attemtaverit, iram omnipotentis Dei, & noſtre magnitudinis offenſam ſe noverit graviter incurriſſe. Datum apud Babenberg 2. Kalend. Martii indictione VI.

Num. X. Conſtitutio Cæſar. ſup. Advocat. An. 1209.

Otto quartus divina clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Divinam Maieſtatem nobis propitiam reddimus, ſi perſonis religioſis, & locis divino deputatis obſequio humanita-

nitatis noſtre accumulabimus ſavorem, amovendo ab eis cuiuslibet infeſtatoris moleſtias Regia protectione. Ea propter noverit Chriſti & Imperii preſens etas, & poſteritas ſucceſſura, quod accedentes ad preſentiam noſtram ſub frequentia Principum apud Herbipolim Ludwicus venerabilis Abbas in Alderſpach cum Confratribus ſuis quibusdam, authenticum Friderici glorioſi quondam Romanorum Imperatoris Divi Auguſti nobis exhibuerint, in quo manifeſtis cognovimus indiciis, quod Eberhardus memorati Abbatis anteceſſor coram prefato Imperatore recolende memorie, Monaſterii ſui advocatiam omnimodo & legitimis probationibus evicit, a quodam Alramo de Chambe, qui eam ſibi illicite, & nullo fretus iure uſurpaverat, divine remunerationis intuitu ratum haberi volentes & inconſultum, quod predictus Imperator feliciter ſancivit, & a poſteris ſuis ſtatuit obſervandum, Alramum de Chambe, Alberti filium, & omnes heredes ſuos ab eadem advocatia, ſicut prius factum eſt, prorſus removemus, & nullam ſibi vel alicui in ea preſtamus Warandiam. Cum enim iuris ſit eorundem fratrum in bonis ſuis aſſumere, ſi quem voluerint advocatum & defenſorem, & ipſi ad hoc excellentiam noſtram idoneam elegerint, perpetuo defenſionis vinculo eam nobis advocatiam annectimus, & a noſtra & imperii poteſtate nunquam alienandam. Ad huius autem facti robur hanc paginam conſcriptam impreſſione ſigilli noſtri communivimus. Teſtes autem huius rei ſunt: *Hugo Hoſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus Cardinalis Legatus Sedis Apoſtolice, Cunradus Spirenſis Epiſcopus, & Aule Regie Cancellarius, Otto Herbipolenſis Epiſcopus, Manegoldus Patavienſis Epiſcopus, Siboto Hamelbergenſis Epiſcopus, Heinricus Comes Palatinus, Lodowicus Dux Bavarie, Leupoldus Dux Auſtrie, Cunradus Marchio de Landsberch, Emicho Comes de Liningen, Berchtoldus Comes de Hennenberg, Hartmannus Comes de Wurtenberg, Ludwicus Comes de Ottingen, Heinricus Marſchalcus de Challindin*, & alii quam plures. Acta ſunt hec

anno Incarnationis Dominice M. CC. IX. indictione duodec. Datum apud Herbipolim pridie Kalend. Iunii.

Num. XI. Concambium. Anno 1211.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Manegoldus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus in perpetuum. Cum mens noſtra nihil capiat, quin deleat illud etas, eſt mentis ſcriptura fidele ſigillum. Proinde noverint univerſi tam nati quam naſcituri, quod inter venerabilem fratrem Ludwicum Abbatem in Alderſpach & Conventum ſuum ex una parte, & dilectum *Eberhardum in Iahenſtorf* Canonicum noſtrum ex altera parte, tale fuit Cambium ſuper quibusdam bonis ſitis infra terminos Eccleſie ſancte Marie celebratum. Habebat ſiquidem dictus Eberhardus quondam dotem ipſius Eccleſie in loco, qui dicitur Patrichſperg, que una dimidia libra ſolvitur, quam dotem contradidit de permiſſione noſtra Eccleſie in Alderſpach memorate, a quo Monaſterio Eccleſia ſancte Marie percepit in Cambio quedam bona ſita in Chalſtorff, unde ſolvuntur VI. ſolidi annuatim. Item cum ſepe dictus Eberhardus haberet in Eccleſia Pfarkirchen quoddam arvum incultum, & inutile in loco, qui dicitur Diepoldingen, aſſignavit illud dicto Monaſterio pro quadam dote, que ſita eſt in Grube infra terminos eiusdem Eccleſie ipſi in Concambio redonata, que dos in annuo cenſu valet XXX. denar. Inſuper remiſit ipſi Cenobio decimationes in loco, qui dicitur daz dem Aicht tantum de animalibus, ſi forte eis ibi fuerint enutrita. Ut igitur he commutationes ſtabiles & rate permaneant temporibus noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum preſenti pagina, & ſubſcriptis teſtibus communimus. *Amulbertus de Obernberg. Manegoldus de Aheim. Ekkardus de Furd, Ecoldus de Sauerſletin. Otto de Iahenſtorff.* Acta ſunt hec in Capitulo noſtro Patavie celebrato III. Idus Ian. anno Incarnationis Domini M. CC. XI. Indictione XIIII.

Num.

Num. XII. Confirmatio Privilegiorum Innocentii III. Pont. Max. Anno 1213.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Ludewico* Abbati de *Alderſpach*, eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringat. Quapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſancte Dei Genitricis & Virginis Marie, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium inpreſentiarum iuſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis *Grangiam Strazze*, *Grangiam Wuſing*, *Grangiam Atzenperge*, *Grangiam Preneperch*, & *Grangiam Gnewſendorf*, poſſeſſiones, quas habetis *in Rewte*, *in Pentzing*, *in Celle*, *in Batrichſperge*, *in Kaſte*, *in Cirknarn*, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in voſco & plano, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus. Suis ſane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, tam de terris cultis,

quam incultis, ſive de ortis, & virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro poſſeſſionem phas ſit, absque Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, quod ſi quis retinere preſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel converſos regularem ſententiam promulgare, illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſie veſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, absque conſenſu totius Capituli, vel maioris, aut ſanioris partis ipſius. Si que vero donationes, aut alienationes aliter quam dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis Monachus ſive converſus ſub profeſſione veſtre domus adſtrictus ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & maioris partis Capituli veſtri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, nec propter manifeſtam domus veſtre utilitatem. Quod ſi facere ſorte preſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum preterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant queſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne per defectum Teſtium ius veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel quelibet alia perſona ad ſynodos vel conventus forenſes vos ire, vel iudicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubiacere compellat, nec ad domus veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire

pre-

preſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si vero Epiſcopus, in cuius Parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate ac devotione, qua convenit requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, que ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen Sacerdos fuerit, proprios Novitios benedicere, & alia, que ad officium ſuum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, que a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adiacentes, ut in recipiendis profeſſionibus, que a benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi forma, & expreſſione contenti, que ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi ſalvo ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta ordinis ſuis nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus vero Altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet alio eccleſiaſtico Sacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hec omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque volueritis, Catholicum adire Antiſtitem, gratiam, & communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatis, impendat. Quod ſi ſedes Epiſcopi vacaverit, interim omnia eccleſtiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & absque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum Epiſcoporum romane ſedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, conſecrationes Altarium, ordinationes Monachorum auctoritate apoſtolice ſedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi,

vel

vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo, quod decimas non ſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu Benefactores veſtros pro eo, quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex charitate preſtiterint, vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus, quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra tenorem apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio excluſis excommunicatis, & interdictis divina celebrare. Paci quoque, & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu Grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates, & immunitates, a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona

hanc

hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus fiat pax Domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Datum Rome apud ſanctum Petrum per manum Reinoldi Domini Innocentii Pape III. Acoliti, & Capellani, X. Kalendas Aprilis, indictione 11. Incarnationis Dominice anno MCCXIII. Pontificatus vero eiusdem Domini Innocentii anno ſeptimo decimo.

Num. XIII. Privilegium circa Advocatiam. Anno 1218.

Nos *Heinricus* Dei gratia *Comes de Orttenberg* univerſis in perpetuum. Ne vetuſtas temporum aboleat ea, que rite diſponuntur in ſeculis, neceſſarium eſt ſcripto commendare. Noverint ergo tam preſentes, quam futuri, quod ego *Heinricus Comes de Orttenberg* cum advocatia Fratrum de *Alderſpach* ibidem Deo deſervientium nullo iure exigente quidquam habui, aut mei Succeſſores habebunt diſponere, niſi eorundem fratrum conſenſu, aut gratia poſtulante. Ne autem pravorum hominum moleſtiis agitentur, aut auſu temerario aggraventur, Teſtes idoneos volo ſubnotare, videlicet dilectum fratrem meum *Rapotonem*, *Palatinum Comitem Wavarie*, *filium meum Heinricum*, *Werngardum de Rumting*, *Wernhardum de Rotawe*, *Chunradum de Stainach*, *Hertwicum de Wertmenning*, *Heinricum de Talhaim*, *Cunradum de Peurbach*, *Ottonem*

de Sturſpach, & *Iunior. Heinricum de Talhaim.* Ioannem Scribam, & alios quam plures.

Num. XIV. Donatio Decimarum. An. 1224.

Ludwicus Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, & Dux Bawarie. Noverint omnes preſentium Inſpectores tam futuri, quam preſentes, quod nos una cum filio noſtro O. decimationes omnium bonorum noſtrorum ad caſtrum Urimering pertinentium, que iam habemus in noſtra poſſeſſione, & que in futurum obtinebimus, qualicunque modo pro remedio anime noſtre ad clauſtrum *Alderſpach* contulimus, & ne aliquis Succeſſorum noſtrorum illud infringere preſumat, Teſtes, qui eidem traditioni interfuerunt, ſubſcribere fecimus, quorum nomina ſunt hec: *Bernhardus Comes de Lobenowe*, *Kalochus Comes de Kirchperg*, *Heinricus Tolenzarius*, *Hoholdus Wolmſta*, *Heinricus Waller*, *Cunradus de Gundlehoven*, *Sifridus de Vrownhoven*, *Poppo de Geltolvingen*, *Heinricus Dapifer de Celle*, *Perchtoldus Pincerna de Ode*, *Chunradus Marſchalcus de Altorff*, *Chunradus de Sala*, *Alramus de Thehurikendorf*, *Heinricus de Iohanſtorf*, *Otto ibidem*, *Wickardus de Hwte*, *Gebhardus*, *Gruwelo de Hirſperch*, *Ulricus*, & *Heinricus de Ergolting*, *Eberhardus de Clyem*, & alii quam plures. Ad maiorem autem roborationem preſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum An. Domini MCCXXIIII. II. Nonas Martii indictione XII.

Num. XV. Concambium. Anno 1224.

Ekkebertus Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus, cum res geſta mandatur litteris, univerſa calumnie prevenitur materia, ne detur litis occaſio Succeſſoribus. Notum ergo ſit preſentibus, & futuris, quod miniſterialis noſter *Kalhohus* ſcilicet *de Wintzer*, & *Cunradus de Stennik* nobis reſignaverit bona in *Girsperc*, & *Odilant*, que a nobis iure feodali poſſederant, & nos ad petitionem ipſo-

rum

rum eadem bona contulimus Alderſpacenſi Eccleſie, que mutatis nominibus in curiam unam redacta *Wier* de novo nuncupantur Eccleſia von *Alderſpach*; ratione concambii dedit nobis *Prukke*, & *Stadil*, que recompenſationis vice iure rurſum feodali contulimus predictis *Kalkoho* miniſteriali noſtro, & *Conrado de Steinick*. Porro ne contra factum iſtud cuiuscunque contraveniet calumnia, preſentem paginam ſigilli noſtri appenſione, & Teſtium ſubſcriptione roboramus: *Marquardus* Decanus, *Krafto* Prepoſitus veteris Capelle Babenbergenſis. *Eberhardus cognatus noſter Comes de Liningen*, *Eberhart nobilis de Stuzzelberg*, *Cunradt de Gundelchoven*, *Heinricus Camerarius noſter de Stierberg*, *Chuno Dapifer noſter de Muenbrunne*, *Heinricus de Pfango*. Factum eſt hoc anno MCCXXIIII. indictione exiſtente XII. datum pridie Kalend. Aprilis.

Num. XVI. Donatio decimarum in Deckendorff. An. 1231.

Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni & Bawarie. Quanto minus poſſumus propter malitiam dierum iſtorum divino vacare ſervitio, tanto ſtudioſius tenemur eorum deſervire profectibus, qui nos valent apud Dominum devotis precibus commendare. Unde iuxta liberalitatem & pie devotionis affectum bone memorie Patris noſtris Ducis Ludwici Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas honorare diſponentes, notum facimus tam preſenti etati, quam future poſteritati, quod nos decimas noſtras in Landaw, & in Tekkendorf, videlicet omnium proventuum, quos iam habemus, vel in poſterum habituri ſumus ibidem, Eccleſie in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis damus, & conferimus iure perpetuo poſſidendas, ſicut eas eidem Monaſterio a predicto Patre noſtro meminimus eſſe locatas, hoc adiicientes, quod hec & alia dicti Monaſterii bona ſub noſtram protectionem ſuſcipimus, omnes ipſius iniurias digna volentes proſequi ultione. Ad huius rei certam evidentiam, preſentem paginam exinde conſcriptam ſigillo noſtro feci-

mus inſigniri. Teſtes huius rei ſunt *Albertus Comes de Bogen*, *Beringerus Comes de Lewinberg*, *Alramus*, *& Albertus liberi de Hals. Heinricus Natarius*, & alii quam plures. Datum anno Domini M. CC. XXXI. Indictione IIII.

Num. XVII. Donatio curiarum in Pomlingen. An. 1233.

A*lbertus* Dei gratia *Comes de Bogen.* Omnibus preſentem paginam inſpecturis. Cum per nos Alderſpacenſi Eccleſie dampna ſint illata, noſtre ſaluti, & honeſtati ſuper hoc volentes ſalubriter providere, conſtituimus predicte Eccleſie & fratribus ibidem Deo ſervientibus, ſi contigerit nos non reverti pro reſtitutione dampnorum, que eis per nos, ut prediximus, ſunt illata, & pro ſalute ac remedio anime noſtre, duas curias de propriis bonis noſtris, que ſite ſunt in Pomlingin. Acta ſunt hec in Landau, anno Domini M. CC. XXXIII. V. Kalend. Martii preſentibus teſtibus hic ſubſcriptis. *Alramus nobilis vir de Halſe*, *Heinrich de Pholing*, *& filius Heinricus*, *Gerohus de Fremlisperge*, *Cunradus de Nusperg*, *Ebo de Moſe*, *Gebhardus Marſchallus*, *Alramus de Eccleſia ſancte Marie*, *Otto Iudex de Landaw*, *Ulricus de Leowolfing*, & alii quam plures.

Num. XVIII. Immunitas Patavienſis. Anno 1233.

Rudgerus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus in perpetuum. Tenore preſentium innoteſcat tam preſentibus, quam futuris, quod nos dilectis in Chriſto fratribus Abbati & Conventui in Alderſpach indulgemus, ut naves ipſorum victualia deportantes libere pertranſire debeant Patavie ſine muta, quibuscumque rectoribus vel directoribus exiſtentibus in navibus memoratis. Et ne ſuper tali iure calumpnia impoſterum ipſis debeat ſuboriri, preſentem paginam ſigilli noſtri appenſione, & teſtium ſubſcriptione ipſis dedimus roboratam. Teſtes ſunt huius *Cunradus Decanus*, *Cunradus*

dus maior Plebanus, *Meingotus de Saldegk*, *Ulricus de Meminge Canonicus Pataviensis*. *Hadmarus de Weſen*, *Cunradus de Volkenſtein*. *Ulricus de Lonſtorf*, *Otto de Poſmunſter*, Miniſteriales, & alii quam plures. Datum Patavie anno Domini M. CC. XXXIII. non. Iunii X. Indictione. Acta ſunt hec ſub Alberto iudice Patavie exiſtente.

Num. XIX. Immunitas Auſtriaca. Anno 1237.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Sicilie Rex. Univerſis mutariis ſuis apud Danubium conſtitutis, fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Ex parte venerabilis Abbatis & Conventus de Alderſpach fidelium noſtrorum noſtro fuit culmini humiliter ſupplicatum, ut gratiam, & libertatem ab illuſtri Duce Leopoldo felicis memorie ſuper vectigalibus vini & victualium ſuorum per loca mutarum Eccleſie ſue indultam, noſtre approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate ſolita, qua perſonis Religioſis favor adeſſe conſuevit, devotis eorum precibus favorabiliter inclinati, gratiam & libertatem, quam ab eodem Duce Leopoldo in ſuis hactenus obtinuerunt Privilegiis, certa victualia vini, & victualium ſuorum eisdem Abbati & Conventui auctoritate preſentium duximus confirmanda. Mandantes univerſitati veſtre, firmiter precipientes, quatenus gratiam & libertatem eandem, & hanc noſtram eiusdem indulte libertatis approbationem iuxta formam privilegii ſui predictis fidelibus noſtris in antea more ſolito conſervetis, ut iuſtam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud Viennam IX. Cal. Febr. X. Indictione.

Num. XX. Donatio. Anno 1241.

Heinricus Dei gratia Comes de Ortenberg. Notum facio omnibus tam preſentibus quam futuris, quod ego in articulo mortis

conſtitutus teſtatus ſum pro remedio anime mee predium quoddam in Lieſſing in uſus fratrum in Alderſpach Deo militantium, nec non ſucceſſorum meorum, & quendam hominem Wernhardum de Pentzing. Et ut predicta teſtatio mea rata & inconvulſa permaneat, ſigilli mei appenſione preſentem Cartulam cum teſtium ſubſcriptione duxi muniendam. Teſtes ſunt: *Chunradus Comes de Waſſerburg*, *Otto de Sturſpach*, *Bernhardus de Harbach*, *Heinricus de Ruttersheim*, *Chalhohus Marſchalcus*, *Hartliebus Iudex de Vilshoven*, *Cunradus de Rottenpach*, *Heinricus de Uttenloch*. Datum Orttenberg, anno gratie M. CC. XLI. XVI. Kalend. Martii.

Num. XXI. Donatio Salis. Anno 1246.

Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus apoſtolice ſedis Legatus, omnibus preſentem paginam intuentibus ſalutem in Domino noſtro IEſu Chriſto. Ne geſta rerum elabantur cum tempore, modernorum etas conſuevit ea litterarum teſtimonio perenare. Hoc igitur ſcripto notum facimus tam preſentibus, quam futuris, quod defectum, quem cenobium in *Alderſpach* in ſalibus patitur, attendentes moti viſceribus pietatis, eidem cenobio ob noſtrorum Predeceſſorum, & propriorum veniam delictorum, nudi ſalis libram dimidiam cuppularum, quod ain halb Pfund Füderlein vulgariter appellatur, in ſalina noſtra tradidimus annuatim, ita quod ſepe dicto Monaſterio dicta ſalis quantitas apud ſalinam noſtram annis ſingulis in feſto Pentecoſtes ab officialibus noſtris, qui ibidem officium ſaline pro tempore tenuerint, aſſignetur. Et ut talis donatio perpetuo gaudeat robore firmitatis, memorato Conventui in ſignum evidens hanc paginam dedimus ſigilli noſtri munimine conſignatam. Sunt etiam huius rei Teſtes: Rudgerus venerabilis Patavienſis Epiſcopus, Otto Salzburgenſis Prepoſitus, Watherus Abbas in Raitenhaslach, Heinricus Cellerarius eiusdem cenobii, *Dominus Gerochus de Sallzburg*, *Dominus*

Geb-

Gebhardus de Lengerwach, *Dominus Heinricus de Harskirchen*, *Dominus Ortolfus Ulpis*, *Dominus Ertmundus de Poppingen*, & alii quam plures. Datum apud Burkhauſen VI. Idus Ianuarii anno Domini MCCXLVI. indiction. III.

Num. XXII. Relaxatio Cenſus annui. An. 1249.

Rudgerus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus omnibus preſentem litteram inſpecturis ſalutem in Domino. Tenore litterarum preſentium notum facimus univerſis, quod cum Abbas de *Alderſpach*, & ipſius Conventus pro quadam parte decimarum vinearum ſuarum, & agrorum dimidiam libram in parte, que ad nos ſpectabat, annuatim ſolvere teneretur, eosdem denarios ſeorſum excipimus perhibentes, quod a Plebano in Krembs, qui pro tempore fuerit, & ab hiis, qui decimarum noſtrarum de anno in annum fuerint Collectores, de cetero nullatenus impetatur, ſed dicti denarii ab ipſo Abbate, vel a ſuo Procuratore ad burſam noſtram, cum a nobis requiſiti fuerint, reponantur. Et ut hec rata permaneant, & penitus inconvulſa, preſentem litteram ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum in *Alderſpach* anno Domini MCCXLVIIII. V. Kalend. Iulii Pontificatus noſtri anno XVI.

Num. XXIII. Jura fundaria Abb. Alderſpacenſis Anno 1251.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod ego *Agnes de Uttendorf* cum filiis meis *Perchtero*, *&* *Alramo* preſentis littere exhibitione proteſtamur pure ceſſiſſe, quidquid iniuſte, & indebite exactionis dilectus noſter Maritus pie memorie *Bernhardus* ſibi uſurpaverit, in prediis fratrum de *Alderſpach*, videlicet in Monichin una cum voluntate, & abdicatione noſtra, ita quod nichil iuris nobis in eisdem prediis vendicamus, niſi quod vulgariter *Landtgericht* vocatur; cum Iudices noſtri in eis-

dem

dem proventibus, fratribus magna, & gravia intulerint diſpendia, & gravamina, & iniuſtas in eisdem proventibus exercuerint exactiones, cum nichil iuris in ipſis habuerimus, niſi quod nobis, & noſtris prediis ex vicinitate adherebant. Nos vero ob amorem Dei, & dilecti mariti noſtri *Bernhardi* una cum filiis noſtris *Perchtero*, *&* *Alramo* vobis damus in teſtimonium preſentem litteram, ſigillorum noſtrorum munimine roboratam, quod de cetero a noſtris Iudicibus, & nobis ſemper eritis illeſi, & indempnes, nullam iuſtitiam in eisdem prediis nobis, vel iuris uſurpantes, cum preſentium Teſtium ſubſcriptione. Teſtes ſunt Waltherus Abbas in Raittenhasla, Prior eiusdem loci nomine Albertus, poſtea vero Abbas in Alderſpach, *Heinricus de Hohenmuſe*, *Dimoicus de Salharn*, *Herandus frater eiusdem*, *Arbo de Englſchalchingen*, *Heinricus de Medoltheim*, *Alramus Sagittarius*, *Gebhardus Iudex de Isbrechtingen*, *Cunradus Zolnarius de Helphove*, & alii quam plures. Iuſtitia, quam predicti fratres in ſuis prediis debent habere, hoc eſt, ſi fur, vel effuſor ſanguinis cingulo cinctus erit, rebus ipſius ſalvis, que ad arbritrium Abbatis, vel ipſius Procuratoris ſpectabunt, ſecundum antiquam conſuetudinem Ciſtercienſis ordinis, hactenus inviolabiliter obſervatur. Actum in Purkhauſen in caſtro anno gratie MCCLI. X. Kalend. Iunii.

Num. XXIV. Immunitas Auſtriaca. Anno 1253.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis Amen. Nos *Ottokarus* Dei gratia Dux Auſtrie, & Stirie, & Marchio Moravie, innoteſcimus univerſis dilectis nobis viris venerabilibus fratribus in *Alderſpach*, Deo ſub monaſtica religione militantibus, pro remedio anime noſtre, ceterorumque progenitorum noſtrorum hanc libertatem iure perpetuo indulſiſſe, ut bona ſua, que eis de predio ſuo provenire poterunt, quod in Auſtria poſſidere videntur, in vino, frumento, vel quocunque emolimento ſine naulo, quod

vulgo

vulgo poſſumus dicere mutam, ad ſua libere deducant, & nihilominus ſi quid ad opus predicti predii eis neceſſarium fuerit, ſub eadem conditione ſine omni contradictione reducatur. Hoc autem ne proceſſu temporis obſoleſcat, & ſuccedentibus aliis in oblivionem cadat, preſentem paginam conſcribi iuſſimus, & ſigilli noſtri munimine roborari, nominibus Teſtium ſubnotatis, qui ſunt: *Otto, & Chunradus de Hardeck, Otto de Sleuntz, Albero de Chunringen, Henricus frater ſuus dictus Gœpanus, Henricus Pincerna de Halspak, Ulricus frater ſuus, Otto de Miſſawe, Chunradus de Himperch, Rudolffus de Potendorf, Otto de Potenburch, Henricus de Liechtenſtein, Albertus de S. Petronella, Chunradus de Zelking, Otto de Perchtoldestorff, Perchtoldus de Engelshalsvelde, Ulricus de Viechoven, Otto de Walchuneskirchon, Henricus de Swarzenſee, Ebrannus de Ernsbrunne, Henricus de Geveld, Albero Dapifer de Holsperch, Henricus de Moreswanck, Wolfkerus de Parow, Chunradus de Greiffenſtein, item Bohemi, Lorſikh, Purgravius de Ellbogen, Walko Iohan de Wiſthenau*, & alii quam plures. Actum, & datum Wienne anno Domini MCCLIII. V. Cal. Octobr.

Num. XXV. Immunitas Boica in Vilshofen. Anno 1256.

Nos *Heinricus* Dei gratia *Palatinus Comes Dux Bavarie* preſenti littera univerſis, ad quos pervenerit, declaramus, quod dilectis, ac venerabilibus Abbati, & Conventui in *Alderſpach* hanc fecimus gratiam ſpecialem, quod vinum eorum, ac etiam victualia, que ad prebendam fratrum Deo inibi ſervientium ſpectare noſcuntur, in muta noſtra *Vilshoven* ſine omni exactione liberum habeant tranſitum, ac ſecurum, ſive per terram tranſeant, vel per aquam. Ut autem talis noſtra donatio ipſis permaneat inconvulſa, preſentem litteram ſigilli noſtri robore communitam ipſis decrevimus aſſignare. Acta ſunt hec in Landau Anno Domini MCCLVI. III. Idus Decembris.

Num. XXVI. Donatio. An. 1257.

Notum ſit omnibus preſentem litteram inſpecturis, quod ego *Wolkerus* dictus de *Warte* pratum quoddam in *Weng*, quod iure poſſedi hereditario, Conventui, & Eccleſie in *Alderſpach* omni iure, quo a me, & progenitoribus meis poſſeſſum fuerat, tradidi perpetuo poſſidendum, ipſumque pratum cuidam *Heinrico* cognomento *Strochel*, ad conſervandam iam dicte Eccleſie iure contuli feodali: promittens fideliter eisdem, me ſuper hoc fratris mei carnalis *Wirtonis* conſenſum plenarie obtenturum, inſuper ſi ab ipſis in poſterum requiſitus fuero, quecunque ſibi valere putaverint, ut memoratum pratum quietius, ac ſecurius poſſideant, teneor plena fide, prout petierint, adimplere. Teſtes ſunt, *Anshelmus* tunc Cellerarius eiusdem domus, *Sighardus* Plebanus in obern Obernhauſen, *Heinrick* Plebanus in nidern Obernhauſen, *Alhardus de Fraunhoven*, *Ortolfus de Steting*, *Cunradus de Rueſtorf*, *Harbo de Trenbech*, *Bernhardus de Chalba*, & alii plures. Actum anno Domini MCCLVII.

Num. XXVII. Delegatio Judicis. An. 1264.

Heinricus Dei gratia *Palatinus Comes Reni Dux Bavarie*, omnibus per ſui dominii diſtrictus preſentem litteram inſpecturis ſalutem, & omne bonum. Quanto preeminentiori titulo dotatus eſt ordo Ciſterc. quantaque devotione Poſſeſſores ipſius Conventum Eccleſie in *Alderſpach* circa honorem noſtrum promptos invenimus, & paratos, tanto ipſorum indempnitati favorabilius providentes, ne ſecundum ſitum prediorum per vexationes impetentium diſpendioſe ad diverſa iudicia pertrahantur, ipſis de noſtra gratia tenore preſentium ſpecialiter indulgemus, ut ſi quis contra eos de cauſis quorumcunque prediorum per noſtros terminos habuerint, actionem coram Iudice noſtro de Landau, qui pro tempore

pore fuerit, conveniri debeant, ac ſine quolibet ſubterfugio reſpondere. Datum in Landau anno Dom. Incarnationis MCCLXIIII. V. Idus Ianuarii.

Num. XXVIII. Parochia Ekkenheim. An. 1264.

Otto Dei gratia Patavienſis Eccleſie Epiſcopus omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino IEſu Chriſto. Sperantes nobis ad utriusque vite felicitatem proficere, ſi loca Deo dicata, & perſonas religioſas, & precipue noſtro regimini ſubiectas paterno affectu, & caritatis proſequamur operibus, & ne ea, que per nos rationabiliter, & liberaliter ipſis ad profectum pervenerunt, per oblivionem proceſſu temporis evaneſcant, ipſis adhibere ſcriptorum conſuevimus cautionem. Hinc eſt, quod tam preſentibus, quam poſteris declaramus teſtimonio huius ſcripti, quod nos intuitu divine retributionis, & ad honorem beate Virginis Marie glorioſe Genitricis Dei, & propter merita devotionis Conventus ipſius in *Alderſpach*, quibus nobis, & Eccleſie Patavienſi obſequioſe affuit ex antiquo, & adeſſe nobis poterit per devota obſequia in futurum, & ob remedium anime noſtre, & Anteceſſorum, & Succeſſorum noſtrorum, Eccleſiam parochialem in Ekkenhaym cum filiabus, & attinentiis ſuis in uſus conſolationis fratrum Conventus prefate Eccleſie, accedente ad hoc conſenſu Capituli noſtri, & conſilio fidelium noſtrorum ex eo, quod propter vicinitatem maiora ſubſidia ipſis provenire poterunt, tradimus perpetuo poſſidendam, recepta verſa vice a fratribus dicti Conventus libera ceſſione, reſignatione Eccleſie in nidern Obernhauſen cum omnibus ſuis attinentiis, quam ex donatione Domini *Rugerii* Predeceſſoris noſtri de conſenſu Capituli noſtri poſſederunt pacifice, & quiete, & habuerunt per ſedem apoſtolicam confirmatam, factaque nobis renuntiatione omnis iuris, quod ipſis in Eccleſia Hankirchen competere videbatur, ita, quod predicta

Eccleſia in Ekkenhaim de cetero dictis fratribus in augmentum prebende ſue libere remanente, nos & ſucceſſores noſtri liberum dominium in Eccleſiis Harskirchen & Nidernobernhauſen, & collationem perpetuam habeamus. Superaddimus inſuper dicto Conventui hanc gratiam ſpecialem, ut Abbas loci, qui pro tempore fuerit, perpetuandi ibi Sacerdotem, ſi voluerit, & deſtituendi ipſum, ſi evidens & rationabilis culpa, vel cauſa exegerit, plenariam habeat poteſtatem, hoc excepto, quod inſtituendus in eadem per Abbatem & Conventum nobis & ſucceſſoribus noſtris pro receptione ſpiritualium preſentetur, ſalvo tamen iure Legatorum Domini Pape, canonice iuſtitie Dioceſani Archidiaconi, & Capituli Patavienſis, cui in ſuplementum prebende preſentium tantum ſingulis annis in inventione S. Stephani dictus Conventus ex donatione noſtra, de prefata Eccleſia unam libram Ratisponenſem miniſtrabit. Ut autem hec noſtra donatio facta liberaliter propter Deum obſervetur perpetuo, & Conventui preſate Eccleſie inconvulſa, preſentem paginam conſcribi ad confirmationem, & in teſtimonium huius rei & ſigillo noſtro & Capituli ſtatuimus communiri. Dictus vero Conventus inter cetera orationum ſuarum ſuffragia, quibus nos & Capitulum noſtrum participes ſtatuit, ſpecialiter hec adiecit, quod in noſtro & Succeſſorum noſtrorum & omnium fratrum Capituli noſtri Pataviensis obitus vel depoſitionis die vigilias & Miſſas Defunctorum tanquam ſuis fratribus celebrabit, ſingulis annis nihilominus uno die, qui magis ipſis opportunus videbitur, huiusmodi officium pro remiſſione vivorum & mortuorum Pontificum, & Canonicorum Pataviensium decantando. Datum Patavie anno Domini mileſimo ducenteſimo, ſexageſimo quarto, Idus Februarii, & ſunt Teſtes: *Hermanus Abbas Altachenſis. Meingottus Prepoſitus. Poppo Decanus. Bernhardus de Morspach. Heinricus de Ramunge. Heinricus de Heidendorff, Cuſtos. Albero Comes de Rottenegk. Magiſter Hertwicus, Scolaſticus. Otto Cantor, Canonici Berthol-*

tholdus de Haidendorf, *Calhohus de Walkenſtein*. *Heinricus de Radegk*. *Udalricus de Preyſing*. Et alii quam plures.

Num. XXIX. Transactio. Anno 1268.

Univerſa negotia mandata litteris, & voci teſtium ab utrisque trahunt immobile firmamentum. Hinc eſt, quod ego *Albertus* dictus de *Hals* notum eſſe volo, tam preſentibus, quam futuris, quod cum diuturna diſſenſio habita eſſet inter Dominum Theodoricum Abbatem de Alderſpach, & Dominum *Ortolſum de Weng*, ipſos ad concordiam revocare volens, aſſumptis honeſtis, & diſcretis viris ad iam dictam Eccleſiam Alderſpach acceſſi, utriusque partis cauſas diligenter inquiſiturus. Conquerebatur ergo memoratus Abbas, a Domino Rudolpho plures Eccleſie ſue contumelioſe illatas iniurias, maxime quod villicos eorum, quos in Weng ad colendum ibidem predium ſuum locaverat, tres diverſis temporibus de ipſa villa exturbaverat violenter, & indebite opprimendo. Contra Dominus Ortolfus cauſabatur de iam dicta Eccleſia videlicet Alderſpach, ſibi annuatim dari debere duos Calcios, & quandam certam menſuram Cereviſie, & in ſepe dicta Villa Weng de quodam prato fenum, vulgariter dicitur Grumat, in ſuos uſus cedendum, memorato Abbate hec omnia contradicente, inſuper filii Domini Ortolfi vendicabant ſibi in quibusdam duobus prediolis in Freundorf & Walſching ſitis ius hereditarium, quod Pater eorum pro tribus libris Ratisponenſibus vendiderat Eccleſie memorate. Accepto ergo conſenſu partis utriusque, medium & concordiam fecimus tali compoſitione, quod Dominus Abbas, ſi quas adverſum Dominum Ortolſum habuit querelas, remiſit, & Dominus Ortolfus una cum filiis ſuis, videlicet *Berchtoldo*, *Ortolfo*, *Prunone*, & *Heinrico* omni iure ſuo, quod in cunctis, que ſupra taxavimus, eis videbatur competere, *manu* & *ſermonis* pronuntiatione ceſſerunt, accepto a Domino Abbate ſca-

 phio

phio Siliginis, & libra una Ratisponenſium denariorum. In huius rei teſtimonium preſentibus ſigillum meum appendi adhibitis teſtibus ſubnotatis. Teſtes ſunt Dominus *Theodericus Abbas*, *Heinricus Prior*, *Albertus Cellerarius*, *Ludwicus Infirmarius*, *Albero*, *Hermanus*, *Albertus*, *Monachi*, *Cunradus*, *Rupertus*, *Heinricus*, Converſi in Alderſpach. Laici *Rikkerus de Rataw*, *Heinricus de Forſt*, *Cunradus Ekkenharting*, *& frater eius Luipoldus*, *Heinricus de Lewbolſing*, *Eſenhanner*, *Burchardus Iudex de Vilshouen*, *Rugerus Wetzl*, *Bernhardus de Schonhering*, *Rugerus de Aitenpach*, *& frater eius Fridericus*, *Albertus*, ibidem *Thelonearius*. Actum anno Domini M. CC. LXVIII. III. Idus Iunii in Alderſpach ſub tilia.

Num. XXX. Concambium. Anno 1268.

Suboriri ſolet de geſtis hominum multa calumpnia, niſi lingua teſtium robur adhibeat, & ſcripta. Noverint ergo univerſi tam preſentes, quam futuri, quod ego *Wulfingus* dictus *de Schachen*, multa precum inſtantia apud viros venerabiles Dominum Abbatem & Conventum in Alderſpach, quod predium ſuum in Schachan mihi per manum Domini *Dietrici nobilis de Paumgartn* tradiderunt poſſidendum, quibus etiam ego predium meum in Ekenhaim per manus predicti *Dietrici de Paumgartn* verſa vice iure perpetuo tradidi poſſidendum, & quia per me ſigillum non habui, memorati Domini *Dietrici* ſigillum iudicavi preſentibus appendendum. Huius rei Teſtes ſunt: *Dominus Theodoricus Abbas*, *Heinricus Prior*, *Albertus Cellerarius*, *Heinricus Subcellerarius*, *Albero*, *Albertus*, Monachi, *Cunradus Rupertus*, Converſi *in Alderſpach*, Laici: *Dominus Dietricus de Paumgartn*, *Herwicus de Pomgartn*, *Berchtoldus de Tobel*, *Bernhardus de Schonhering*, *Rudmarus de Encking*, & alii quam plures. Actum anno Domini MCCLXVIII.

Num. XXXI. Immunitas Patavienſis. Anno 1273.

Nos Petrus Dei gratia Eccleſie Pataviensis Epiſcopus notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod dilectis in Chriſto fratribus Abbati & Conventui de Alderſpach ſpecialem gratiam facientes tenore preſentium indulgemus, ut naves ipſorum, vinum, & victualia deportantes libere ſine muta, theloneo, & exactione qualibet debeant Patavie pertranſire, quibuscunque rectoribus vel ductoribus exiſtentibus in navibus memoratis. In cuius rei teſtimonium preſentes damus litteras ſigilli noſtri robore communitas cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt hii: *Cunradus de Harthaim*, *Berchtoldus de Haidendorff*, *Heinricus de Radek*, *Pilgramus de Inne*, *Ulricus filius Criſtanni*, *Fridericus de Puſching*, & alii quam plures. Datum Patavie an. Dom. MCCLXXIII. VII. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno VIII.

Num. XXXII. Donatio Decimarum. An. 1278.

Nos *Petrus* Dei gratia Eccleſie Pataviensis Epiſcopus notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod decimam quorumdam agrorum in villa dicta *Weng*, quam vir nobilis *Albertus de Hals* a nobis, & ab Eccleſia noſtra in Feodo tenuit, & quam ab ipſo *Fridericus de Weng*, & *fratrueles ſui Ulricus*, & *Heinricus* feliciter in Feodo tenuerunt, ad reſignationem omnium predictorum voluntariam, Eccleſie ſancte Marie in Alderſpach, & fratribus ibidem Domino ſervientibus de conſenſu Capituli noſtri dedimus perpetuo poſſidendam. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum An. Domini MCCLXXVIII.

Num. XXXIII. Renuntiatio Advocatiæ in Metzing. Anno 1280.

Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod ego *Dietricus de Paumgarten* pro remedio anime mee, & parentum meo-

meorum renuntiavi, & renuntio per preſentes advocatie, quam mihi vendicabam, ſive habui, vel habere videbar in quodam prediolo ſancte Marie de *Alderſpach* ſito in Metzingen abſolvens, & dimittens idem prediolum abſolutum, liberum, & quietum de cetero ab omni iure, & exactione advocatie pro me, & univerſis meis liberis, & heredibus propter Deum. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi feci, & ſigilli mei robore communiri. Datum in Vilshoven anno Domini MCCLXXX. XV. Kalend. Martii cum Teſtibus ſubnotatis, qui ſunt hii: *Fr. Dietricus Vicarius Sacerdos*, *Fr. Heinricus Aurifaber*, *Fridericus Chevel*, *Walchunus de Hantenhaim*, *Albertus de Muſinge*, *Albertus*, & *Hertwicus Servi mei*, & *Ortolfus Saringe*.

Num. XXXIV. Immunitas Boica. Anno 1281.

Heinricus Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, *Dux Bavarie* omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Cum pie poſtulationes effectu debeant proſequente compleri, maxime que ſalutem pariunt vivis, & inducunt remedium animabus. Hinc eſt, quod ordinem Ciſtercienſem vigere tanquam precellentem ceteris fervoris favore ſincerius proſequentes, ad promotiones Eccleſiarum eiusdem ordinis facilius inclinamur, ſane invitati ſacre religionis vigoroſa obſervantia, nec non hoſpitalitatis beneficiis, quibus Monaſterium in *Alderſpach* laudabiliter ſe exercet, concedimus, ſtabilimus, & donamus ipſi cenobio, quatenus per mutas noſtras in alveo Saltza, & Eno conſtitutas quocunque nomine cenſeantur, ſemel in anno unum talentum magni ligaminis ſalis ſine omni poſtulatione thelonei, ſive mute poſſit, & debeat ducere libere, & quiete, dum tamen dictum ſal ipſius ſit Eccleſie venditione talis noſtre gratie eius penitus interdicta, quod ſi non de propriis veherent, & ius conceſſum venderent, ex hoc in aqua laborantibus contingeret diſpendium ſuboriri. Unde nullus omnino prefatam

ſatam gratiam ob ſalutem noſtram conceſſam retardare, aut impedire audeat, qui noſtram voluerit ingratitudinem evitare, imo quicunque apud Purkhauſen, Scherding, Neunburg, aut alibi ſub noſtro dominio in prefatis aquis Mutarii extiterint, premiſſa ſine contradictione qualibet exequantur. In cuius rei teſtimonium perpetuum pro nobis, & poſteris noſtris eis preſens tradidimus inſtrumentum, noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum anno Domini MCCLXXXI. Kalend. Septembr.

Num. XXXV. Immunitas Auſtriaca. Anno 1281.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex Auguſtus, illuſtri Comiti Alberto primogenito ſuo vel alii, quicunque Princeps ſeu Vicarius terre Auſtrie pro tempore fuerit, gratiam ſuam, & omne bonum. Ad hoc in eminenti dignitatis ſpecula nos locavit Altiſſimus, quod licet univerſorum fidelium noſtrorum comoditatibus debeamus intendere, perſonas tamen religioſas in ſuis tenemur libertatibus, & gratiis ſpecialiter confovere. Sane cum illuſtris quondam Dux Auſtrie Leupoldus Religioſis viris fratribus de Alderſpach hanc gratiam duxerit faciendam, quod iidem fratres bona ſua, que ipſis de predio, quod habent in Auſtria, poterunt provenire in vino, frumento, & alio emolumento, quocunque deducant libere ſine muta. Et nihilominus ſi quid eis ad opus predicti predii neceſſarium fuerit, ſub eadem conditione ſine qualibet contradictione reducant, prout in ipſorum Privilegio plane vidimus contineri. Nos eosdem fratres in conceſſis ſibi libertatibus & iuribus conſervari volentes fidelitati tue mandamus, quatenus eisdem fratribus gratiam libertatis huiusmodi a mutariis omnibus, & quibuscunque aliis illibatam & inconvulſam per omnia facias obſervari. Datum Ratispone II. Idus Iunii. Indictione IX. anno Domini M. CC. LXXXI. Regni vero noſtri anno octavo.

Num. XXXVI. Iura fundaria in Gottsdorff. An. 1283.

Nos *Leutoldus de Chunring* pincerna Auſtrie recognoſcimus, & ſcire volumus preſentium quoslibet inſpectores, quod Dominus Heinricus venerabilis Abbas de Alderſpach una cum ſuis Confratribus coram nobis iura Ville ſue in Gotsſtorf & Motzeliz propoſuit, & edocuit preſentibus noſtris Conſiliariis potioribus, & per teſtamentum *Ekhardi de Viechdorf* militis noſtri, & militis noſtri *Pielacharii, & Conradi* quondam iudicis in Yſper, & aliorum virorum fide dignorum probavit, quod memorata Villa hec iura ſubſcripta a prima donatione, quando data fuit Eccleſie Walerbach, & poſtea per emptionem translata habuerit, & ipſis iuribus libere ſit gaviſa, primo videlicet, quod Dominus Abbas de Alderſpach in dicta Villa officialem pro ſua voluntate locare debeat, qui ſibi videbitur pro tempore expedire, & idem officialis omnes cauſas in eadem Villa iudicabit preter tres, videlicet manifeſtam mulierum oppreſſionem, quod vulgariter dicitur Notnuſt, & homicidia, & furta, & ſiquis in furto deprehenſus fuerit, ille ſicut cingulus ipſum recipiat additis ſexaginta denariis, ſi habere poterit in Perſenpeuge, Burggravio aſſignabitur iudicandus, ceteras res ſiquas habet, officialis Ville, absque impedimento quolibet ad ſe trahet. Item de duplici piſcina, quarum una vocatur Erich, hanc poteſt Dominus Abbas tenere vel dimittere, prout ſue placuerit voluntati, ſecunda piſcina, que Altach vocatur, ſimul cum prima Dominum Abbatem & Conventum eius absque omni diviſione piſcium, qui in ipſis capiuntur, reſpicient impedimento aliquo non obſtante, item iura, que Coloni habent in nemore, ſunt iſta, quod unusquisque Colonorum ducere debet terna plauſtra lignorum, & eidem debet dare tres pullos, & ſic neceſſitatem lignorum ad comburendum accipiet quiete, ſi vero aliquis ipſorum edificia erigere voluerit, ex tunc edificans dabit forſtario de

quo-

quolibet edificio tres denarios, & ſic copiam lignorum accipiet ad edificia absque dampno. Item Coloni predicti Domini Abbatis nec Principi terre, nec Domino caſtri exactionem aliquam debent ſolvere, ſive Steuram, ſed ab omni precaria debent eſſe liberi, & ſoluti; item cum antedictus Dominus Abbas coram nobis litteris & teſtimoniis ſufficientibus probaverit, & docuerit, quod Villa Gotstorf & Motzeliz Ecleſie Alderſpach titulo proprietatis attineat, & quod Colloni eiusdem Ville, nec ius civile, nec empticium, nec hereditarium, nec feodale, nec perſonale habere valeant in eadem, ſed ſolum Dominus Abbas poteſtatem habeat conſtituendi & deſtituendi, ergo idipſum ab hominibus ſepe dicte Ville precipimus Eccleſie in Alderſpach firmiter obſervari. Ut autem hec iura ſepe dicte Eccleſie in Alderſpach & Abbatibus, qui pro tempore fuerint, & Conventui eiusdem inviolabiliter obſerventur, ipſis dedimus hanc litteram ſigilli noſtri munimine conſignatam, teſtibus annotatis, qui ſunt hii, *Otto de Tirnſtain*, *Gotſchalcus de Valkenegke*, *Otto de Ciſternſtorff*, *Marquardus*, *Heinricus de Hage*, *Pielaharius*, *Hertwicus Gamſel*, *Ekhardus de Vichdorff milites*, *Dominus Heinricus Abbas de Alderſpach*, *fratres Cunradus Cellerarius*, *Gerhardus Cuſtos*, & alii plures. Datum anno Domini MCCLXXXIII. in die undecim millium Virginum.

Num. XXXVII. Libertas, & Jurisdictio Alderspac. Anno 1283.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis amen. *Heinricus* Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, *Dux Bawarie* omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Quia a Deo remuneratore omnium bonorum meritum accepturos non exiguum nos ſperamus, ſi eos alis protectionis ſpecialius confovemus, qui divino obſequio ſunt mancipati, & pro noſtra ſalute preces effundunt iugiter Creatori. Sane cognitis gravibus oneribus hoſpitalitatis, & rigida ſui ordi-

nis obſervantia, quibus Eccleſia in Alderſpach ordinis Ciſtercienſis cotidie ſe exercet, ipſam ſpeciali gratia duximus proſequendam principaliter ſiquidem perpetuo prohibemus inhibitione, ne aliquis pretextu iuris alicuius advocatie, vel alterius cuiuscunque herbergis, procurationibus, pabulo, vel exactionibus qualibuscunque predia, aut homines eorum gravare preſumat, imo ab omnibus preſtationibus realibus, & perſonalibus eos liberos eſſe volumus, & immunes. Item ut prefatis famulis Dei quies certior preparetur, nolumus homines dicte Eccleſie titulo proprietatis attinentes aliqua Iudicum noſtrorum placita querere, ſed tales homines Eccleſie coram Abbate, vel officiali ſuo iuri ſtare in omni, quam contra ſe habuerint ad invicem materiam queſtionis, hoc tamen excepto, quod ſi homines dicte Eccleſie contra aliquem alium, qui conditione ſervili dicto Cenobio non attinet, quicunque talis fuerit noſter vel alterius, tunc examinatio, vel diffinitio talis cauſe ad Abbatem non pertinet, ſed noſter Judex, quicunque fuerit, debebit tales actiones cognoſcere, & judicio terminare. Item ſi aliquis hominum dicti Monaſterii in furto, latrocinio, homicidio, vel raptu, aut ſimili maleficio, quod ultimum ſupplicium ſeu ſententiam ſanguinis requirit, notorie deprehenſus fuerit, de talibus Iudex noſter cognoſcet, & cum morti addictus fuerit, omnes res contingentes predia dicti Abbatis, in quibus reſedit, Abbati, ſeu Eccleſie libere, ac pacifice remanebunt, ſed ſi res alias habuerit, de his congrua pars noſtro dabitur Iudici, ſecundum quod diſcretis, qui preſentes fuerint, viſum fuerit expedire. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Datum Purghauſen anno Domini MCCXXXIII. feria ſexta ante diem Palmarum.

Num.

Num. XXXVIII. Abbates bona ne vendunto. Anno 1283.

Nos *Albertus* Dei gratia *Dux Auſtrie*, *& Stirie*, Dominus *Carniole*, *Marchie*, *ac Portus Naonis*, proteſtantes tenore preſentium, quod preſidentibus nobis in iudicio apud *Wiennam* in Aſſiſtorio communi, & placito generali preſentibus viris ſtrenuis, miniſterialibus, militibus, & clientibus ad inſtantiam venerabilis in Xto Patris *Heinrici* Abbatis Alderſpacenſis ſententialiter eſt queſitum, ſi Prelatis Eccleſiarum, Abbatibus, Prepoſitis, ſive Procuratoribus eorundem Monaſteriorum ſuorum poſſeſſiones, & predia quocunque nomine cenſeantur, irrequiſitis ipſorum Conventibus inſciis, & invitis vendere, & conferre, obligare, vel commutare, aut ullo alienationis modo a dictis Conventibus, & Eccleſiis diſtrahere liceat, vel transferre, ſuper quo miniſterialium, & militum noſtrorum infra poſitorum rationabilis ſententia legitime diffinivit, quod nulla ſit licentia, vel auctoritas Prelatis, Abbatibus, Prepoſitis, & Procuratoribus eorundem poſſeſſiones quaslibet, cuiuscunque pacti, vel nominis Eccleſiarum, & Conventuum ſuorum alienandi, vendendi, conferendi, commutandi, obligandi, vel quomodolibet diſtrahendi iure perſonali, ſeu precario iure empticio, vel civili, quod Purkrecht dicitur, obligationisve ratione, niſi de ſuorum Conventuum ſcitu, beneplacito, & conſenſu adiecto, quod ſique alienationes per modos predictos, aut conſimiles fiant, contra ſententiam predictam careant penitus robore firmitatis. In cuius teſtimonium hanc cartam univerſis Inſpectoribus preſentium exhibemus ſigilli noſtri robore communitam Teſtibus annotatis, & hii ſunt: *Otto ſenior de Haslowe*, *Iudex Provincialis*, *Otto de Perchtolſtorff Camerarius Auſtrie*, *Heinricus de Hawenvelden*, *Albero de Puechaim*, *Ulricus de Vihoven*, *Otto iunior de Haslowe*, *Reinbertus*, *& Chalhohus de Eberſtorff*, *Oſſo de Orbeck*, *Fridericus de*

de Hauſſekke, *Chunradus de Praittenveld*, *Ekkardus de Vihdorf*, *Griſo Magiſter Hubarum*, *Reinbertus Iudex Wiennenſis*, *Heinricus de Hag*, & alii quam plures. Datum Wienne anno Domini MCC. octogeſimo tertio. III. Nonas Maii.

Num. XXXIX. Donatio ampliſſima. An. 1284.

Cum fragilitatis humane conditio more fluentis aque quotidie defluat ad occaſum, & per conſequens etiam geſtorum memoria oblivionis diſpendium frequentius patiatur, neceſſarie ſcripture providentia occurrens tanto periculo, ea que motu naturali tranſeunt, artificioſo conſuevit remedio perhenni notitie commendare. Hac igitur conſiderata cautela ego *Dietricus de Paumgarten* tenore preſentium litterarum notum facio tam preſentibus, quam futuris, quod predium, ſive proprietatem hereditatis mee in terra Auſtrie conſtitutum in Villis, in Hentzing, & Neuridl, curia videlicet Hentzing cum agris, hortis, pomeriis, pratis, & areis, molendino, ſechs vineis, & beneficia tam in Hentzing, quam in Neuridl, de quibus eedem vinee excoluntur, ius montanum de aliis vineis ad quinquaginta novem urnas maioris menſure, & plane quidquid in eisdem Villis, & duas urnas minoris menſure, & circa ipſas in plano, & in voſco cultis, & incultis, queſitis, & inquirendis cum hominibus, & bonis feodalibus, & dominicalibus, quod vulgo *Urbar* dicitur, ex ſucceſſione hereditaria Progenitorum meorum iuſte, & libere proprietatis titulo ex antiquo poſſedi, venerabili in Chriſto Patri Domino *Heinrico* Abbati de *Alderſpach*, & per ipſum Eccleſie ſue de conſenſu, & voluntate conſortis mee Domine *Irmgardis de Horbach*, & omnium heredum meorum, accedente etiam ad hoc conſenſu, & conſilio *cariſſimi Avunculi mei Domini Alberti nobilis de Hals* in proprium perpetuo poſſidendum tradidi, & donavi, ac manu poteſtativa veluti proprietatem meam liberam, & quietam ab omni iure advocatitio, emptitio, hereditario, c vili,

aut

aut etiam perſonali cum omnibus ſuis attinentiis, & iuribus ad Altare beate Marie Virginis glorioſe Patrone eiusdem Eccleſie aſſignavi, accepta ab ipſo Domino Abbate pro huiusmodi quadam ſumma pecunie, videlicet octoginta quinque libras denariorum Ratisponenſium, & media carrata vini, pro cuius tamen eſtimatione pretii eterne retributionis meritum plus attendi, cum pro remedio anime mee, & Progenitorum meorum de bonis legitimis, & paternis donationem fecerim principaliter ſupradictam promittens, me, & heredes meos eiusdem venditionis, & donationis, & omnium predictorum Auctores eſſe legitimos, quod vulgo *Gwer* dicitur, imprimis contra *ſororem meam uxorem Domini de Rotaw*, & omnes heredes eius, & nihilominus contra omnes eadem bona legitime impetentes, ita videlicet, ut unius anni termino de omnibus infra terram Auſtrie conſtitutis, ſi ex iſtis aliquis eadem bona per querimoniam impulſaverit, in expenſa propria me profiteor, & expono ſine dampno fratrum cauſam terminandam, ſi autem ius terre id depoſcit, quod hii, qui intra ſunt, poſt unius anni circulum querimoniam iuſtam facere poterit in eisdem, tunc expenſa ſolvenda Domino *Alberto de Hals* conceditur ex partium voluntate. Porro extra terram poſitis, ſecundum quod ſe ius terre Auſtrie habet in vera legitima defenſione, quod *Gwerſchafft* dicitur, me & heredes meos, ſi me Domino vocante decedere contigerit, ita, ut ex omni parte fratres indempnes permaneant, ſiquis ſepe dicta bona impetierit, obligo deponenda. Ad hec noverint omnes, quod cum ſupra nominata pecunia meas exſolvi poſſeſſiones obligatas, duas videlicet curias in Villa *Roſſepach* ſuperiorem, & inferiorem cum molendino ibidem iuxta aquam Chalbam conſtituto, & easdem poſſeſſiones fratribus in *Alderſpach* de bona voluntate, & conſenſu uxoris mee tradidi, & obligavi, ita ut inſtituendi, & deſtituendi plenam habeant poteſtatem, & omnes proventus, & penſiones eorundem bonorum de manibus fratrum

reci-

recipere tenebimur, quoadusque heredes noſtri annos legitimos recipiant, qui ſunt decem, & octo ab unoquoque heredum, ſecundum quod coram iudicio provincionali eſt ſententialiter diffinitum de bonis memoratis, & venditis in Auſtria, & ibidem ſitis renuntient more debito, & conſueto; ſi autem aliquis heredum repletis annis legitimis renuntiare eisdem bonis recuſaverit, ex tunc proventus curiarum predictarum, & molendini fratribus usque ad plenam abrenunciationem remanebunt. In huius rei teſtimonium has litteras predicte Ecclesie in *Alderſpach* meo, & *Avunculi mei Alberti de Hals* ſigillis tradidi communitas cum Teſtibus ſubnotatis, qui ſunt hii: *Giſiloldus Decanus de Peutelſpach*, *Marquardus Plebanus de Kirchdorff*, *Fratres de Alderſpach*, *Albertus Prior*, *Heinricus de Ratispona*, *Cunradus Mosdorffer*, *Gerhardus Tiemo*, *Sifridus de Patavia*, *Milites Alramus de Rotaw*, *Heinricus de Allenkoven*, *Albertus Closner*, *Fridericus de Egloſhaim*, *Leupoldus de Ekharting*, *Otto*, *&* *Eberhardus de Eſenhaim*, *Gotfridus de Haidenburg*, *Altmannus de Leubolſing*, *Rudegerus de Monte*, *Ulricus de Poppenberg*, *Gerhohus de Hwte*, *Cunradus de Stinglhaim*, *Marquardus de Walxing*, *Otto Tuſt*, *Cunradus*, *Fridericus*, *Rudygerus fratres de Poppenberg*, *Fridericus de Wiſſeuſing*, & alii quam plures. Datum anno Domini MCCLXXXIIII. IIII. Kalend. Febr.

Num. XL. Immunitas Aſchacenſis. Anno 1284.

Wir *Wernhardt*, *und Heinrich Brüder von Schawnberch* tun allen den kunt, dy diſem Brief vernement, daſs wir durch beſonder Liebe, dy wir haben zu den erbarn Abbte *Heinrich von Alderſpach* demſelben Gotzhaus dy Gnade habn getan, doch zuvordriſt durch GOtt, daſs man im ein Pfunt Salzes des weiten Pants zu ainemmal in dem Iar füren ſoll, daz Aſcha Fuer ungemaute ewiglich, auch ſullen dy herauf wider Waſſer füren ungemaut, was yn wirt Weins in iren Weingarten, und was

ym

ym Getraides wirt auf iren Ackern, und ſol das ir Pot bewären, daſs das vorgenant Guet yn warde ſey auf iren Ackern und in iren Weingarten, was ſy uns bedorffen, neu oder alt, dy ſolln auch ungemaut fürgeen, ſi ſollen auch ungemaut füren Gezimmers, es ſy mit peſſern iren Hoff, ob ſy verbrunen, oder ſo faul wurden, daſs ſy zimbers bedorffen, als vil ir Notturft dorzu iſt. Dorüber geben wir diſen Brief verſigelt mit unſern Inſigln zu einem Urkunde mit diſen Gezeugen, der erbar Abbte *Wolfram von Wilhering*, *und Bruder Hawg*, *Bruder Gebhard von Alderſpach*, *Herr Bernharts Son von Schawnberg*, *Herr Leupolt Heinrich und Bernhart dy Brudern*, *Herr von Furt*, *Ludwig Schwer*, *Hartneit von Liechtenwinkl*, *Ulrich und Leutold Bruder von Mitterberg*, *Herr Stal von Iulbach*, und ander Piderleut. Der Brief iſt geben zo Schowen nach Chriſtes Geburt über tauſent Iar, zwayhundert Iar in dem vir und achtzigiſten Iar an ſand Mathias Tag.

Num. XLI. Donatio prædii Droſchlach. Anno 1285.

Univerſis preſentes litteras inſpecturis. Ego *Heinricus de Pholingen* ſignifico per preſentes, quod inſpirante divina bonitatis clementia, a qua bona cuncta procedunt, circa ſacrum & famoſum ordinem beate Marie Virginis glorioſe Ciſtercienſem ſinceris motus affectibus caritatis, de bonis & paternis propriis eidem ordini, & ſpecialiter Eccleſie in Alderſpach, pro remedio & ſalute anime mee, & omnium progenitorum meorum donavi poſſeſſiones & redditus aliquales, fratres ipſius Eccleſie in eisdem nimirum conſtituendo ſucceſſores pariter & heredes, & commutando tranſitoria & temporalia pro celeſtibus & eternis, ut eorum quoque laborum & orationum inſtantia apud Dominum merear particeps inveniri. Habita itaque provida deliberatione & ſana cum dilecta conſorte mea, & Coniuge Domina *Mechtilda*, & amicis meis atque fidelibus de ipſorum conſilio & conſenſu pre-

dicte Coniugis mee Villam meam in Droſchlach, quam iuſte & libere proprietatis titulo poſſedi, cum Molendino zu dem Hollnſtein, & Piſcatorem, qui ſe inchoat ad predictum Molendinum, & terminat ſe apud Silvam, que Panholz vocatur, atque Silva cum omnibus attinentiis, queſitis, & inquiſitis, viis, & inviis, pratis, atque paſcuis predicte Eccleſie donavi, & tradidi manu poteſtativa, & libera iure proprietatis perpetuo poſſidendam, ita ut duo fratres Sacerdotes eiusdem ordinis atque domus, de proventibus eiusdem Ville Deo ibidem teneantur in divino officio iugiter deſervire, ni forte, quod abſit, caſu aliquo contingente, vel evidenti penuria, & defectu ipſos ad domum propriam redire contigerit, & abeſſe, quibus ceſſantibus, & per Dei gratiam reformatis ad locum predictum per Abbatem ſepe dicte Eccleſie in Alderſpach, qui pro tempore fuerit, duo fratres Sacerdotes eiusdem ordinis remittantur iterum ibidem Domino militaturi, ut ſuperius eſt pretactum hoc modo, quotiescunque tantus defectus evenerit, in perpetuum obſervato, etiam hoc adiecto, & in perpetuum inviolabiliter obſervato, niſi poſſeſſiones iam dicti loci per divinam clementiam fuerint in poſterum augmentate, numerus etiam perſonarum, Monachorum videlicet ſecundum eſtimationem virorum diſcretorum, qui ſciant taxare proventus prudenter & fideliter, ut ſufficere poſſint eisdem ibidem manentibus, debeat etiam omni occaſione remota cum diligentia augmentari. In cuius rei teſtimonium Domino Abbati Eccleſie in Alderſpach & Conventui ſuo preſentes litteras dedimus ſigilli noſtri, ac venerabilium Patrum & Dominorum noſtrorum Domini Ebracenſis, Domini Abbatis de Pomuk, & ipſius Domini Abbatis de Alderſpach in teſtimonium & robur premiſſorum Eccleſie in Alderſpach, ac promiſſi nobis per eosdem Patres facti placuit fideliter communiri cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt hi: venerabilis Dominus & Pater noſter *Weinricus Abbas Ebracenſis*, *Dominus Ioannes Abbas*

Pomu-

Pomucenſis, *Dominus Heinricus Abbas de Allderſpach*, *frater Heinricus Prior*, *frater Gotfridus Cantor*, *frater Heinricus Ratisponenſis*, *frater Cunradus Notarius* quondam illius de Mosdorff, *frater Tyemo*. *Cunradus Plebanus de Teckndorff*, *Perchtoldus Plebanus de Puch*. *Fridericus Roſſet*. *Ulricus de Chaſperch*. *Eberwinus de Edramſtorff*. *Otto de Reinshartsmairs*. *Heinricus Sartor de Tekndorff*, & alii quam plures. Datum anuo Domini MCCLXXXV. IIII. Kalend. Auguſti.

Num. XLII. Confirmatio Donat. præcedentis. An. 1286.

Nos Heinricus Dei gratia Ratisponenſis Ecclefie Epiſcopus tam preſentibus quam futuris inſpectoribus preſentium litterarum volumus eſſe notum, quod cum vir ſtrenuus & diſcretus *Heinricus de Pfoling* affinis noſter dilectus, pro ſuo ac progenitorum ſuorum remedio & ſalute venerabili Monaſterio in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis Patavienſis Dioceſis, Villam ſuam in Droslach cum omnibus attinentiis cultis & incultis, queſitis & inquirendis, nemoribus, piſcationibus, & molendinis ibidem adiacentibus, que quidem Villa fuerat ad eundem ſucceſſione hereditaria devoluta, iure proprietatis perpetue donaſſet, tradidiſſet, ac etiam aſſignaſſet perenniter poſſidendam pro Cella ibidem conſtruenda, in qua etiam nunc duo fratres eiusdem ordinis ſunt locati ad famulandum Deo iugiter in eadem. Ita tamen, quod creſcentibus Deo auſpice loci facultatibus ibidem, & augeri debeat eiusdem Religionis numerus Perſonarum, tam predicti Pfolingarii precibus, quam etiam zelo fervoris gratuiti, quo ipſam Alderſpacenſem Eccleſiam amplexamur allecti, donationem omnium predictorum habere ratam & gratam decernimus, & antedictam Villam Droſslach cum ceteris ſupradictis ad eandem Villam pertinentibus & adiacentibus, cuius uſus cum ſit de temporalibus in ſpiritualia commutatus, ipſius nominis appellationem digne cenſuimus variandam, Gottescell eidem

Ville pro vocabulo perpetuo imponentes, in proprietatem perpetuam predicto Monaſterio confirmamus, dantes Abbati & Conventui Eccleſie prenotate auctoritate ordinaria una cum conſenſu Capituli noſtri, & bona voluntate ipſius liberam poteſtatem fundandi ibidem, & conſtituendi Cellam ſive Abbatiam Ciſtercienſis ordinis, ſi cum Dei auxilio, & cooperantibus Chriſti fidelibus in tantum ipſa Eccleſia profecerit in futurum. Quam etiam Cellam & locum cum perſonis illuc venientibus, & de cetero Deo ibidem militantibus ſub regula ordinis ſupradicti ex nunc ab omni iure & plena libertate Ciſtercienſis ordinis, quibus idem ordo munitus eſſe dignoſcitur, privilegiis, & conſuetudinibus approbatis ſine quolibet preiudicio iuris alieni, & ſalvis Plebano de Geirſtal, & ipſi Eccleſie parochialibus iuribus quibuscunque, que alibi in Parochia ipſum plebanum reſpicere dignoſcuntur, que tamen iura parochialia ſupradictis confirmationi, exemptioni, libertati, & iuri nec nos & venerabile Capitulum noſtrum, ac ab antiquis & primis conceſſionibus Ciſtercienſi ordini conceſſis in nullo penitus derogabunt. In cuius rei evidentiam, & certitudinem pleniorem preſentem litteram dedimus ſigillorum noſtri videlicet, & predicti Capituli noſtri robore communitam. Datum & actum Ratispone anno Domini M CC. octogeſimo ſexto, ſeptimo idus May his teſtibus ſubnotatis venerabilibus viris & Dominis *Ulrico Prepoſito*; *Cunrado de Luppurch Decano*, *Berchtoldo Gameredi Archidiacono*. *Alberto Vice-Domino Ratisponenſis Eccleſie*. *Item Cunrado de Ernfels*, *Hugone Lacure*, *Ulrico Magiſtro Curie noſtre*, *Hermano de Wiſent*, miniſterialibus & militibus Eccleſie noſtre, ac pluribus aliis fide dignis.

Num. XLIII. Donatio Parochiæ in Teya. Anno 1287.

Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod nos *Leotoldus de Chunringe* Pincerna Auſtrie, Parochiam in Teya iure, quo poſſumus, & debemus Eccleſie in Alderſpach, & fratribus ibi-

ibidem Deo ſervientibus in remedium anime noſtre, ac Progenitorum noſtrorum tradidimus, & donavimus in perpetuum poſſidendam, & omni iuri, quod nobis ſive poſteritati noſtre in dicta Parochia competebat, renunciavimus, & abdicavimus pleno iure, dumodo predicti fratres de Alderſpach ad hoc illuſtris *Gebhardi de Hirſperg* voluntatem obtinuerunt, & aſſenſum. Ne igitur in hac donatione, ſive gratia aliqua calumpnia in poſterum poſſit ſuboriri, Eccleſie, & fratribus in Alderſpach preſentes litteras dedimus ſigilli noſtri appenſione communitas. Datum anno Domini MCCLXXXVII. XVI. Kalend. Novembr.

Num. XLIV. Donatio Curiæ Bronehofen. An. 1289.

Univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris preſentem litteram viſuris, ego *Ulricus dictus de Leowolſing* Magiſter curie illuſtris Principis Domini Heinrici Ducis Bawarie, cupio eſſe notum, quod ego deliberatione provida, & matura accedente ad hoc conſenſu, & voluntate *Eliſabeth* uxoris mee, ac liberorum meorum, curiam meam ſitam in *Bronehoven ſuper Iſeram*, quam emi apud filium meum *Ulricum ſeniorem* ſolventem tres ſcaffas frumenti, tres ſcaffas avene, XL. denarios Ratisponenſes, tres anſeres, ſex pullos, & quindecim caſeos proprietatis titulo poſſidendam venerabili in Chriſto Patri Domino Heinrico Abbati de Alderſpach, & per ipſum Eccleſie ſue ibidem in remedium anime mee, *Eliſabeth* uxoris, & pro ſatisfactione cuiusdam vage reſtitutionis faciende, que a reverendo Patre, & Domino pie memorie Domino Petro Epiſcopo Patavienſi, ipſi cenobio fuit deputata, ſicut ſibi fuerat auctoritate apoſtolica tunc conceſſum, poſt mortem meam in proprium legavi, & donavi, & manu poteſtativa, veluti proprietatem meam liberam, & pacificam cum omnibus ſuis iuribus, & attinentiis, queſitis, & aquirendis ſancte Marie Virgini Patrone eiusdem Eccleſie aſſignavi, ita, quod

ſicut pretactum predicte Ecclefie collegium poſt terminum vite mee, & ſi ſupervixerit *Eliſabeth* uxor mea, cum liberis meis impedire non valeat, quin ſtatim eam poſſideat ſine omni infeſtatione eorundem libere, & quiete, verum etiam memoratum collegium in Alderſpach me, & uxorem meam debito carnis exſolvente, nos eccleſtiaſtice tenetur tradere ſepulture, apud quod adhuc ambo plena fruentes corporis ſoſpitate elegimus ſepeliri. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram ipſi tradidi ſigilli mei munimine roboratam. Acta anno Domini MCCLXXXIX.

Num. XLV. Jus Patronatus in Teya. An. 1290.

Gebhardus Dei gratia *Comes de Hirſperg* univerſis preſentes litteras inſpecturis in perpetuum. Cum divine bonitas largitatis bonis temporibus nos ex ſue benignitatis gratia habundare fecerit in hoc mundo, dignum duximus, ut eidem in locis ſibi dicatis atque perſonis aliqua de his, que nobis contulit, pro vite perhennis merito refundamus. Quapropter univerſitati veſtre volumus eſſe notum, quod proprietatem iuris patronatus, quod nobis a Progenitoribus noſtris de iure competit in Eccleſia dicta Teya Patavienſis Dioceſis in ducatu Auſtrie conſtituta, Domino Heinrico venerabili Abbati de Alderſpach donamus, & tradimus, & per ipſum eidem Eccleſie in Alderſpach proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. Ipſe vero cum ſuo Conventu noſtre devotionis attendens affectum promiſit, & tenebitur verſa vice pro nobis, & univerſis progenitoribus, & heredibus noſtris annis ſingulis anniverſarii officium devotione conſueta, & debita celebrare. Ut hec igitur a nobis firma, & rata permaneant in futurum, preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas damus in teſtimonium ſuper eo cum Teſtibus ſubnotatis, quorum hec ſunt nomina: nobiles viri *Albertus Comes de Hals*, *Ulricus de Rembsperg*, *Heuricus Pincerna de Hoſſſteten*, *Fridericus Dapifer de Sulzbach*, *Wolf-*

ramus

ramus de Pfalſpiunt, *Cunradus Peiſſer*, *Nundungus de Tollenſtein*, *Milites*, *Fridericus*, & *Rudegerus Notarii noſtri*, & alii quam plures fide digni. Actum, & datum Roſenperg An. Dom. MCCLXXXX. XIII. Kalend. Octobr.

Num. XLVI. Jus Patronatus in Teya. Anno 1292.

Venerabilibus in Chriſto viris dominis de Ceſarea, & de Waldaſaſſen Abbatibus, Ciſtercienſis ordinis Iudicibus, a generali ipſorum Capitulo in cauſa, que inter religioſos viros Abbates de Alderſpach, & de Zwetl vertitur conſtitutis, nec non ſupradicti ordinis Abbatibus univerſis ego G. Dei gratia *Comes de Hirſperg* ſincere dilectionis affectum cum ſalute ad veſtre diſcretionis notitiam tenore preſentium duximus deferendum, quod cum fidelis noſter dilectus de Chunring quondam Eccleſiam in Teya, quam a nobis in feodo tenuit, ante dicto Monaſterio de Alderſpach pro ſue ſalutis augmento pia donatione tradere decreviſſet, ſciensque huiusmodi donationem omnino carere viribus absque noſtro conſenſu, & licentia ſpeciali, prenotatam Eccleſiam ſub ſuis ſpecialibus litteris ad manus noſtras cum hac fiducia ſimpliciter reſignavit, ut ſue intentionis ſalubre propoſitum, accedente noſtro conſenſu effectum reciperet optatum. Nos volentes ſalubri commercio temporalia in perpetua commutare, iam dictam Eccleſiam in Teya divine remunerationis intuitu, ac ad inſtantiam kariſſimi quondam avunculi noſtri divine recordationis Ducis Heinrici, & ad habendum noſtram, & uxoris noſtre iugem memoriam liberaliter omni iure donavimus, & in noſtris patentibus litteris dedimus Alderſpacenſi Monaſterio prelibato. Verum, quia Dominus Abbas de Zwetl, ut relatione veridica accepimus, hanc noſtram donationem rite, & legitime factam exceptionibus frivolis nititur impugnare, propterea, quod veſtrum generale Capitulum vobis de Ceſarea, & de Waldſaſſen Abbatibus commiſit dictam cauſam ratione

tione previa, ut cognovimus, terminare, idcirco, ut geſte rei notitia veſter animus ſpecialiter informetur, & dicti negotii ad reliquos veſtri ordinis Abbates univerſaliter devolvatur, totius facti ſeriem vobis ſub noſtro ſigillo curavimus fideliter ſcribere, ut cognita ipſius rei veritate, prenotato Abbati de Zwetl in dicta cauſa ſilentium imponentes, prefatum Monaſterium de Alderſpach faciatis noſtra donatione gaudere pacifice, & quiete. Datum in caſtro noſtro Hiersperg in octava Aſcenſionis Domini anno eiusdem Domini MCC. nonageſimo ſecundo.

Num. XLVII. Immunitas Boica. An. 1294.

Nos *Otto* Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, *Dux Bawarie* tenore preſentium profitemur, quod licet alias Monaſterium ſancte Marie in Alderſpach a noſtris progenitoribus in ſalibus quasdam habuit libertates, prout in ſuo inſtrumento plene vidimus contineri, tamen inſpectis neceſſitatibus eiusdem Monaſterii, & maxime ex conſideratione diverſorum gravaminum, & preſſurarum, quas tempore obſidionis caſtri Newnburg paſſum eſt, Monaſterium ſupradictum dilectis nobis venerabili Abbati, & Conventui eiusdem loci de kariſſimorum fratrum noſtrorum *Ludwici*, & *Steffani* expreſſo beneplacito, atque voto hanc fecimus gratiam ſpecialem, quod ſingulis annis tria talenta maioris ligaminis, & duodecim minoris ſalium tam in Purckhauſen, quam in Scherdinga deducere poſſint ſine qualibet exactione Thelonei ſive mute, eandem eis, & ſuo Monaſterio gratiam perpetuo concedentes. Ipſi etiam Abbas, & Conventus eiusdem loci pro ſe, & ſuis Succeſſoribus nobis fideliter promiſerunt, quod Progenitorum noſtrorum, & ſpecialiter quondam kariſſimorum Patris, & Matris noſtre dive recordationis anniverſarium ſemel in anno reverenter, & ſolenniter celebrabunt, pro quorum ſalute in magna parte gratiam eis contulimus ſupra dictam, ipſis inſuper pro devotionis ſue meri-

meritis indulſimus de noſtra munificentia liberali, ut totam annonam ſuam & victualia, vinum, quod creſcit in prediis eorum, ferrum, corium, oleum, caſeos, & huiuſmodi conſimilia pro neceſſitate domus ipſorum tam in terra, quam in aqua ſurſum & deorſum per noſtrum dominium ſimiliter traducere valeant ſine exactione Thelonei ſive mute. In quorum omnium evidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum eis dedimus noſtri maioris ſigilli robore communitum. Datum apud Landshutam anno Domini M CC. nonageſimo quarto, prima ſexta feria ante Dominicam Eſto mihi.

Num. XLVIII. Confirmatio donationis Monaſterio Gottszell factæ. Anno 1294.

Nos Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bavarie preſentibus profitemur, quod cum quondam fidelis noſter *Heinricus* dictus *de Pfoling* pro conſervatione cultus divini, quem pro ſuo & maiorum ſuorum remedio ſalutari ſuis, & poſt futuris deſiderabat temporibus ampliari, Cenobium in Gottscelle pro habitatione religioſarum perſonarum ordinis Ciſtercienſis ibidem Deo famulantium olim de novo fundaret, munificentie ſue donis tam in morte, quam in vita dotavit locum eundem, & ditavit poſſeſſionum & prediorum ſuorum donationibus infra ſcriptis, conferendo eidem primo videlicet decimam per totam parochiam Geirſtal, item Villam dictam Sal. Item Villam Pamalſan. Item Guttenriedt quatuor ſeldas. Item Villam Pfoling cum piſcaria & vineto ibidem. Item duas Curias in Ennichendorf. Item prata ſita trans rippam, que dicitur Teiſna cum ſilva ibidem, & prata apud ſilvam, que vulgariter dicitur Straſsholz, quas poſſeſſiones & predia una cum hominibus, & omnibus iuribus & redditibus, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, & generaliter cum omnibus attinentiis, quocunque nomine cenſeantur omni iure & ſolennita-

.tris noſtri Heinrici dive recordationis Ducis Bavarie, favoribus eandem, ut ex ipſius manifeſte privilegiis ditavit Eccleſiam, & donavit ſpeciali gratia, duximus am, ac gratiam a memorato pie noſtro Heinrico ſibi nentius confirmandam. Principaliter ſiquidem perpe-mus inhibitione, ne aliquis pretextu iuris alicuius ad-el alterius cuiuscunque herbergis, procurationibus, l exactionibus, qualibuscunque predia, aut homines are preſummat, imo ab omnibus preſtationibus reali-ſonalibus eos liberos eſſe volumus, & immunes. Item famulis Dei quies ſecurior preparetur, nolumus homi-Alderſpacenſis Eccleſie attinentes, imo etiam alios ſi-ſurſum aut deorſum venientes, aut nobis duntaxat vi-lo proprietatis attinentes, & in prediis dicte Eccleſie liqua iudicum noſtrorum querere placita, ſed huiuſce-ies ſive Coloni ſuperius expreſſi coram Abbate ipſius el officiali ſuo iuri ſtare in omni, quam ad invicem in-erint, materia queſtionis, ſed & alii extranei, ſi for-adverſus ſupranominatos Colonos habuerint materiam ſimiliter coram Abbate ac officiali ſupradictis tanquam equentes volumus ſtare iuri, ac expoſcere comple-titie ab eisdem, ni forte dictus Abbas, aut officialis negligeret iuſtitiam exhibere, quo legitime probato nem noſtrorum iudicum eosdem recurrere volumus, & oc tamen excepto, quodſi homines Eccleſie memora-ium, qui extra conditionem, aut promiſſum eſt di-) non attinet, quicunque talis fuerit, noſter vel alte-examinatio vel diffinitio talis cauſe ad Abbatem, aut os non pertinet, ſed iudex noſter, quicunque fuerit, s actiones cognoſcere, & iudicio terminare. Item ſi num dicti Monaſterii in furto, latrocinio, homicidio,

te, qua poterat, Cenobio donavit, & contulit ſupradicto perpetuis uſibus pacifice poſſidenda. Licet igitur premiſſa donatio in noſtrum, & kariſſimorum fratrum noſtrorum grave videretur preiudicium vergere, qui in preſcriptis prediis, poſſeſſionibus, & iuribus tanquam heredes legitimi ex pactis ſpecialibus ſuccedere debeamus, tamen devotionem morientis, & divini cultus augmentum ibidem ad noſtrum & progenitorum noſtrorum remedium attendere cupientes, de beneplacito & conſenſu predictorum kariſſimorum fratrum noſtrorum Ludwici, & Stephani eandem donationem cum omnibus ſuis clauſulis factam Cenobio prenotato ratam habemus, & gratam, & eam preſentium litterarum noſtrarum teſtimonio approbamus, recipientes ex nunc ipſum Cenobium cum omnibus poſſeſſionibus, iuribus, & redditibus ſupradictis ad noſtre defenſionis gratiam ſpecialem contra quamcunque violentiam vel iniuriam invaſorum, & quorumlibet preſumptorum. In quorum omnium evidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum ſibi dedimus ſigillis noſtris communitum, datum & actum apud Landshut, anno Domini MCC. nonageſimo quarto, in Dominica Letare.

Num. XLIX. Confirmatio Privilegii circa Jurisdictionem. Anno 1295.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Otto Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Quia a Deo remuneratore omnium bonorum meritum recepturos non exiguum nos ſperamus, ſi eos alis protectionis ſpecialius confovemus, qui divino ſunt obſequio mancipati, ac pro noſtra & progenitorum noſtrorum ſalute preces effundunt iugiter Creatori. Sane cognitis gravibus oneribus hoſpitalitatis, & rigida ſui ordinis obſervantia, quibus Eccleſia in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis ſe cottidie exercet, ipſam exemplo

kariſ-

kariſſimi Patris noſtri Heinrici dive recordationis Ducis Bavarie, qui multis favoribus eandem, ut ex ipſius manifeſte privilegiis declaratur, ditavit Eccleſiam, & donavit ſpeciali gratia, duximus proſequendam, ac gratiam a memorato pie noſtro Heinrico ſibi factam clementius confirmandam. Principaliter ſiquidem perpetua prohibemus inhibitione, ne aliquis pretextu iuris alicuius advocatie, vel alterius cuiuscunque herbergis, procurationibus, pabulo, vel exactionibus, qualibuscunque predia, aut homines coram gravare preſummat, imo ab omnibus preſtationibus realibus, & perſonalibus eos liberos eſſe volumus, & immunes. Item ut prefatis famulis Dei quies ſecurior preparetur, nolumus homines dicte Alderſpacenſis Eccleſie attinentes, imo etiam alios ſive advenas ſurſum aut deorſum venientes, aut nobis duntaxat videlicet titulo proprietatis attinentes, & in prediis dicte Eccleſie reſidentes aliqua iudicum noſtrorum querere placita, ſed huiuſcemodi homines ſive Coloni ſuperius expreſſi coram Abbate ipſius Eccleſie, vel officiali ſuo iuri ſtare in omni, quam ad invicem inter ſe habuerint, materia queſtionis, ſed & alii extranei, ſi forte aliquam adverſus ſupranominatos Colonos habuerint materiam queſtionis, ſimiliter coram Abbate ac officiali ſupradictis tanquam forum rei ſequentes volumus ſtare iuri, ac expoſcere complementum iuſtitie ab eisdem, ni forte dictus Abbas, aut officialis eius talibus negligeret iuſtitiam exhibere, quo legitime probato ad diffinitionem noſtrorum iudicum eosdem recurrere volumus, & examen, hoc tamen excepto, quodſi homines Eccleſie memorate contra alium, qui extra conditionem, aut promiſſum eſt dicto Cenobio non attinet, quicunque talis fuerit, noſter vel alterius, tunc examinatio vel diffinitio talis cauſe ad Abbatem, aut officiales ſuos non pertinet, ſed iudex noſter, quicunque fuerit, debebit tales actiones cognoſcere, & iudicio terminare. Item ſi aliquis hominum dicti Monaſterii in furto, latrocinio, homicidio,

vel raptu aut ſimili maleficio, quod ultimum ſupplicium vel predam ſanguinis requirit, notorie deprehenſus fuerit, de talibus iudex noſter cognoſcet, & cum morti addictus fuerit, omnes res contingentes, & predia prelibati Monaſterii, in quibus reſederat, Abbati ſeu Eccleſie libere ac pacifice remanebunt. Si vero res alias habuerit, de his congrua pars dabitur noſtro iudici, ſecundum quod diſcretio, qui preſentes fuerint, videbitur expedire. In quorum omnium evidens teſtimonium, atque robur preſens teſtimonium ſigilli noſtri munimine, de kariſſimorum fratrum noſtrorum Ludwici & Stephani beneplacito atque voto iuſſimus communiri. Datum apud Straubing MCCLXXXXV. Idus Decembr. Ind. VIII.

Num. L. Jura paſcuorum. Anno 1295.

Nos Arnoldus Dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus profitemur preſentium per tenorem, quod viro Religioſo venerabili Abbati in Alderſpach & Conventui ibidem hanc gratiam fecimus, quod eorum armenta & pecora ex indulto noſtri favoris paſcuis communibus, ubi etiam paſcuntur armenta hominum noſtre Eccleſie, uti poſſunt tamdiu ſine omni inquietatione, & offenſione, donec ipſam gratiam noſtris ſpecialibus litteris revocemus, dantes ſibi preſens ſcriptum in teſtimonium ſuper eo datum. Niſten anno Domini mileſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, Idus Iulii.

Num. LI. Donatio. Anno 1296.

Ich *Heinrich von Runting* tun kunt, und gib ze wiſſen allen den, die diſen Brief anſehent, oder hörent leſen, daſs ich mein Recht aigen drey Hube, datz Hebreichkounn gegeben han zu einen rechten Seelgereth, verſucht, und unverſucht mit allem dem, daſs darzu gehört, und mein Vater *Heinrich von Runting* gehabt hat manige Iar, unſer Frauen ſand Marien zu Alderſpach auf irn

Al-

Altar mit Salmanshant das Alhart von Runting, alſo daſs es daſſelbe Cloſter zu Alderſpach gehalten ſol ymmer mer in rechter aigens Gewer ſam ander ſein Gut. Ich vergich auch an diſem Brief, daſs ich gelobt han, daſs ich Gewere ſein ſol ze Hof, und ze Taiding für alle Anſprach, als hie zu Bairn recht iſt. Der Brief iſt gegeben, do von Chriſt Geburt warn MCC. und LXXXXVI. Iare zu Pfingſten.

Num. LII. Donatio Gottscellæ facta. An. 1297.

Nos *Heinricus* Dei gratia Ratisponenſis Epiſcopus univerſis preſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod non ſolum propter ſacre religionis militiam Ciſtercienſis ordinis, in quo per orbem multa bona opera operatur clementia Salvatoris, verum etiam ob animationem, & inſtantiam viri diſcreti *Heinrici de Pfolingen* affinis noſtri dilecti, qui nos, & Eccleſiam noſtram fide ac dilectione complectitur ſpeciali, decimam in Rudmarsfelden ſitam in Parochia Geirſtal noſtre Diočeſis, quam idem Pfolingerius a noſtra tenuit Eccleſia, titulo feodali de conſenſu noſtri Capituli donavimus, tradidimus, & aſſignavimus cum omnibus ſuis attinentiis cultis, & incultis, queſitis, & inquirendis Eccleſie in Gotscelle eiusdem noſtre Dioceſis decenti fundatione Pfolingerii noviter inchoate, ita quidem, ut eidem loco, & nulli alteri Monaſterio eiusdem ordinis iure proprietatis in perpetua tempora debeant adherere. Quamprimum autem idem locus, Deo auſpice, in rerum facultatibus optatum a Deo ſuſceperit incrementum, Abbas de Alderſpach Patavienſis Dioceſis, qui pro tempore fuerit, cuius diſpenſationi ſubiectus eſſe cognoſcitur locus iſte, ad admonitionem noſtram, aut Ratisponenſis Epiſcopi pro tempore exiſtentis Conventum ibidem inſtituet ſub numero tredecim perſonarum fratrum ſui ordinis, & ſue profeſſionis ibidem perpetuo permanſurum, infra ſpacium unius anni admonitionem eandem continue

 ſub-

ſubſequentis, niſi nos evidenti probatione docuerit, quod ad inſtituendum Conventum ſibi ſufficere non valeant redituum facultates. Quod ſi facere neglexerit, ſeu contradixerit, dictus Abbas ex tunc ipſo facto ius proprietatis predictarum decimarum ad noſtram Ratisponenſem Eccleſiam libere ac irrevocabiliter revertetur, eo ſemper in omnem eventum ſalvo, quod creſcente proſperitate reddituum augeri etiam ſucceſſione debeat ſecundum fortunam temporum in predicto loco numerus perſonarum. Renuntiavit itaque prenominatus Pfolingerius omni iuri, & actioni tam preſenti, quam future, que ſibi in predictis decimis competebant, vel competere videbantur, ni Dominus heredes conceſſerit, quia tunc ad ipſos heredes predicte decime devolverentur, & donatio ſupra dicta ſic erit irrita penitus, & innanis, quod Pfolingerius, ſive ſuccedentes ſibi heredes ipſi Celle in Gottscelle ſupradictas decimas in refuſionem centum libras denariorum Ratisponenſium in poſſeſſionibus ſuis alibi compenſabunt, ob amorem autem noſtrum, & ne fratres de donatione huiusmodi eis facta viderentur ingrati, quia eſſet pro beneficiis gratiam non referre, anniverſarium obitus noſtri diem ſe celebraturos in prefato loco firmiter promiſerunt. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram dedimus ſigillorum noſtri videlicet, & Capituli noſtri, nec non ipſius Pfolingerii robore communitam. Datum Ratispone anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, Kalend. Sept.

Num. LIII. Jus Patronatus in Teya. An. 1297.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii in Alderſpach, Ciſtercienſis ordinis Patavienſis Dioeceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra

ſtra nobis exhibita continebat, quod dilecti filii nobiles viri *Gebhardus Comes de Hirsperck*, & *Leutoldus de Kunringen* tunc veri Patroni Eccleſie parochialis de Tya Patavienſis Dioeceſis, cupientes terrena pro celeſtibus, & tranſitoria pro eternis ſalubri commercio commutare, ius patronatus predicte Eccleſie conſenſu venerabilis fratris noſtri Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Patavienſis, vobis, & Monaſterio veſtro in perpetuum liberaliter contulerunt intuitu pietatis, prout in patentibus litteris inde confectis Epiſcopi, Capituli, ac Nobilium predictorum ſigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc eisdem Nobilibus pie, ac provide factum eſt, ratum, & gratum habentes illud auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum apud urbem veterem Nonas Septembris Pontificatus noſtri anno tertio. 1297.

Num. LIV. Jus Patronatus in Geirſtal. An. 1299.

Nos *Otto*, & *Stephanus* Dei gratia Comites Palatini Rheni, Duces Bawarie univerſis preſentia inſpecturis in perpetuum. Cum incrementum, & divini cultus ampliationem pio favore proſequi, & ſingulari ſtudio noſtris temporibus generaliter in omnibus ordinibus intendamus, hoc ipſum tamen ſingulariter, & precipue circa ſacram religionem, ordinem videlicet Ciſtercienſem eo magis, & amplius affectamus, quo inſtantius, & ferventius dictum ordinem in noſtri Salvatoris obſequiis pre ceteris ordinibus vigere conſpicimus, & florere, eapropter tenore preſentium profitemur, & conſtare volumus univerſis tam futuris, quam preſen-

ſen-

Wir *Stephan* der elter von Gotes Genaden Pfallenzgrave bey Rein, und Herzog in Bairn, bekennen offenlich mit dem Brief für uns, all unſer Eriben, und tun kunt allen den, die in ſehent, oder horent leſen. Als der erſam Abbt, und dad Convent unſers Gotshaus Allerſpach an uns bracht haben die groſſe Beſchwerunge, ſo ſie von unſerm Iagern, und Falknern bishero erlitten habn, und uns mit ir fleiſſigen Bett angeruft ſulche Beſchwerung genädiglich abzuſchaffen, und in anderweg zukeren, wann wir aber den benanten Abbt, und Convent in unſerm beſondern Scherm, und Gnad gevaſt habn, wir in di Gnad beweiſt, daſs ſi nu füran für ſolich Beſchwärung uns, und allen unſern Nachkommen, und Erben iährlichen geben, und raichen ſollen fünfzehen Pfund Pfenning, und gebieten darauf ernſtlich allen, und ieglichen unſer Iägern, und Falknern, damit ſi fürbas mit kainen Nacht Sidel, Herwerg, oder mit andern Anſuchen auf das Cloſter Alderſpach kommen bey unſern ſweren Ungenaden zuvermeiden. Domit unſern Gotshaus, di unſer Gnad, und Freyhait fürbas von uns unſern Eriben, und Nachkomen ſtat, und unverbrochenlich gehalten, und nicht überfahren werde, dorüber zu einen wahren Urkunde geben wir in dem Brief verſigeltn mit unſerm anhangenden Inſigl. Der geben iſt zu Landshut nach Chriſti Geburt MCCC. und neun und fünfzigkh Iare an ſand Marteins Tag.

Num. LXXIX. Confirmatio Privilegior. An. 1365.

Wir *Albrecht* von Gottes Genaden Pfalzgraf bey Rhein, und Herzog in Bayrn Grafe zu Tyrol, und zu Görz, Vogt der Gotshäuſer Agley, Triendt, und Brichſen, Kuwardt der Graffchaft zu Hennigau, Holand, zu Seeland, und der Herrlichkait

kait zu Friſsland, bekennen, und tun kunt mit diſem Brief, daſs für uns kom der erſam geiſtlich Herre der Abbte von Alderſpach, unſer lieber Diemütiger, und uns fürbracht, und zaigt uns von ſein, und ſeines Convents wegen doſelben zwen Brief, des erſten ainen Brief ſprechend von Herzog *Heinrichen*, Herzog *Otten*, und Herzog *Heinrichen* von Gotes Gnaden Pfallenzgrafen bey Rein, und Herzogn in Bairn unſern lieben Vettern ſäligen, und mit nomen umb unſer Zehent ze Landau, und ze Tekkendorf aller unſer Gült, di wir do haben, und fürbas do gewynen, als an dem obgeſchriben unſer Vettern ſälig Brief von Wort zu Wort geſchriben ſteet, der ſich alſo anhebt: Nos Heinricus, Otto, & Heinricus Dei gratia Palatini Comites Reni, Duces Bawarie tenore preſentium profitemur, quod kariſſiorum Progenitorum noſtrorum litteras ſalvas, & integras vidimus per omnia in hec verba. Nos Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bawarie. Quanto minus &c. *ut ſupra.*

Dornach hat uns der obgenant geiſtlich Herr, und Abbt fürbracht, und angezaigt einen andern Brief von der Allerdurchleuchtigſten unſerm lieben Herrn, und Vatter Kayſer Ludwigen von Rome ſäligen, doran er das vorgenant Gotshaus zu Alderſpach mit allen ſeinen Leuten, Güten, und Güſten auf Waſſer, und auf Land, und mit Nomen mit dem Zehenten zu Landau, und ze Tekkendorf, und mit den Kirchen ze Geirſtall, und ze Ekkenhaimb in ſeinen beſondern Schirm hat genommen, als deſſelben unſers lieben Herrn- und Vatter ſeligen Brief ſagt von Wart zu Wort, alſo hernach geſchriben ſteet, der ſich alſo anhebt, Wir Ludwig von Gottes Genaden Romiſch. Kayſer ze allen Zeiten merer des Reich chunden offenbar an diſem Brief allen den, dy in anſehent, oder hörent leſen, wan uns die Herrſchft, und das Niderland zu Bayrn anerſtorben, und gevallen iſt *ut ſupra.*

Und wan dy obgeſchriben Herzog Heinrich, Herzog Ott, und Herzog Heinrich, und unſer lieber Herr, und Vatter Kaiſer Ludwig ſäligen dis obgeſchriben ir Gnad, Gab, Gift, Erneigung, und Beſtätung durch Got lauterlich, und durch aller irer Vorfarn, Erben, und Nachkomen Selhails willen dem egenanten Cloſter, und Gozhaus ze Alderſpach gegeben verneut, beſtat, und mit ihren Fürſtl. Kayſ. Inſigeln verſchriben haben, und beveſtnet: ſo haben wir Herzog Albrecht vorgenant angeſehen ir Andacht, und lauter Begird umb Gotsdinſt zufordern, ze ſchiremen, und ze vermeren als ein Nachvolger irer andächtigen Begird, und haben dem aigenanten Cloſter, und Gotzhaus ze Alderſpach alle die Gab, Gift, Erneuung, und Beſtettigung, als ym die unſer Vettern, und unſer lieber Herr, und Vatter ſäligen mit allen Artikeln, und Stücken under irn Fürſtl. und Kayſ. Inſigeln an iren zwaien obgeſchriben Briefen verſchriben, und beſtätt habent umb daſs das Gotzdienſt daſelben fürbas bei uns, unſern Eriben, und Nachkomen, auch ewiglich des paſs gehalten, und vollführt werdt mit diſem unſerm Brief, erneuet, beſtät, und beveſtent, und gehaiſſen auch bey unſern Genaden das obgenant Cloſter, und Gottshaus dobey gnädiglichen zu halten, zu fürdern, und zu ſchermen, gemainiglich wo, und als oft in des Nott beſchicht: und bey diſer obgeſchriben unſer Genad, Erneuung, und Beſtättigung, daſs dy demſelben Cloſter, und Gotzhaus von uns, unſern Eriben, und Nachkomen fürbas alſo gehalten, und vollführt werden, ſo haben wir dorumb zu uns Gezeug geſezt, und angenohmen unſer Lieb haimblich, und Rat, nach der Rat wir das haben gethan, des erſten Grave *Leupold von Halt*, *Albrecht Puechberger von Wintzer*, *Fridrichen den Aur von Prenberg*, *Albrechten Egkker von Egkk*, *Eglofen von Kolnpach*, *Albrechten Nuſsberger*, *unſern Marſchalck in Baiern*, *Lantwein Rainer*, *Hannſen von Stainach*, *unſern Richtern zu Tegkkendorf*, *Hanſen Rainer unſern Hofmaiſter*, *und*

und Chunrad Hautzendorfer unſern Richter zu Straubing, dovon wollen, und gebieten wir allen unſern Ambtleuten, Vitztumben, Pflegern, Richtern, und andern unſer getreuen, wie dy genant ſint, die itzo ſein, oder fürbas werden veſtiglich, daſs ſie den vorgeſchriben Gotzhaus zu Alderſpach dis unſer Gnad, Erneuung, und Beſtättigung, als oben begriffen iſt, fürbas getreulich ſtät halten, und vollführen, und im die nicht überfahren laſſen, in kain Weis bey unſern Hulden: und zu ainer mehren Sicherhait aller obgeſchriben Sache geben wir diſen Brief verſigeltn, und beveſtent mit unſerm groſſen Inſigl. Der geben iſt zu Straubing an Erchtag vor Dioniſy nach Chriſti Geburt MCCC. Iar, und in dem fünf und ſechzichiſten Iare.

Num. LXXX. Jus Patronatus in Ekkenheim. An. 1375.

Gregorius ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis deſuper officio paſtorali noſtris incumbit humeris perſonas Eccleſiaſticas & preſertim ſub religionis obſervantia divinis obſequiis mancipatas favoribus proſequi oportunis, & ut ea, per que ipſarum neceſſitatibus eſt proviſum ſolida firmitate conſiſtant, confirmationis apoſtolice libenter adiicere firmitatem. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii de Alderſpach Ciſtercienſis ordinis, Patavienſis Dioeceſis nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipſi ius Patronatus, quod in Niden Obenhauſen & in Harkürchen parrochialibus Eccleſiis dicte Dioeceſis habebant, & bone memorie Gotfridus Epiſcopus Patavienſis ius Patronatus Parrochialis Eccleſie in Ekkenhaim eiusdem Dioeceſis ad Epiſcopum Patavienſem pro tempore exiſtentem pertinens ex certis rationabilibus cauſis, dilectorum filiorum Capituli Eccleſie Patavienſis accedente conſenſu inſimul permutarunt, dictusque Epiſcopus, cum facultates ipſius Monaſterii adeo exiles exiſterent, prout exiſtunt, quod

idem Abbas & Conventus non poterant ex eis commode ſuſtentari, nec eis incumbentia onera ſupportare; dictam Eccleſiam Parochialem in Eckkenhaimb eisdem Abbati & Conventui, & eorum Monaſterio incorporavit, reſervata congrua portione pro perpetuo Vicario ibidem Domino perpetuo ſervituro, prout in litteris authenticis inde dictorum Epiſcopi & Capituli ſigillis munitis, quorum tenores de verbo ad verbum preſentibus inferi fecimus, plenius continentur. Quare pro parte dictorum Abbatis & Conventus nobis ſuit humiliter ſupplicatum, ut cum Monaſterium ipſum propter continuas gwerras, & gravia onera hoſpitalitatum ſit tantis debitis involutum, ut etiam ad tantam inopiam redactum, quod vix quarta pars Monachorum eiusdem Monaſterii, aliis hinc inde diſperſis, de reditibus ipſius poſſunt inibi ſub paupere victu ſuſtentari, ipſi quoque Abbas & Conventus, dictam Parochialem Eccleſiam in Ekkenhaimb iam per triginta annos pacifice poſſederint, & dubitent ſe ſuper ea in poſterum moleſtari ex eo, quod in permutatione & incorporatione huiuſmodi omnes ſolennitates iuris, tractatus & deliberationes debite forſan non fuerunt obſervate; premiſſis robur confirmationis adiicere, etiam ſi eadem Eccleſia in Egkenheimb tempore permutationis & incorporationis huiuſmodi eſſet ſpecialiter diſpoſitioni apoſtolice reſervata, aut eius collatio ad ſedem apoſtolicam iuxta Lateranen. ſtatuta Concilii devoluta, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati permutationes & incorporationes huiuſmodi ratas habentes atque gratas, dum idem Abbas & Conventus eandem Eccleſiam Parrochialem in Ekkenhaim per triginta annos pacifice poſſederint, ut preſertur premiſſum, non obſtante etiamſi Eccleſia ipſa tempore permutationis & incorporationis predictarum eſſet ſpecialiter diſpoſitioni Apoſtolice reſervata, aut eius collatio ad eandem ſedem devoluta, ut preſertur; auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia remu-

nore preſentium confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Volumus autem, quod ſi congrua portio pro vicario perpetuo eiusdem Eccleſie in Ekkenheimb aſſignata non eſt, per loci Dioeceſanum aſſignetur, ex qua predictus Vicarius congrue valeat ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſolvere, & alia incumbentia onera ſupportare, tenores autem dictarum litterarum tales ſunt; *vide ad an.* 1264. 1325. & 1349. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis communionis, & voluntatis infringere, vel e auſu, temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Avinion. decimo ſeptimo Kalend. April. Pontificatus noſtri anno quinto.

Num. LXXXI. Immunitas a præſtatione decimarum. Anno 1412.

Gregorius Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Patavienſis. ad futuram rei memoriam. Dum ex paſtorali ſollicitudine ad procurandum bonum ſtatum Eccleſie, ac anime noſtre ſalutem, diligenter cogitatum dirigimus, inter alia pietatis & meritoria opera occurrit nobis, quod ad illorum conſecutionem nihil fortius operetur, quam quod Monaſteriorum & Prelatorum, ac aliarum perſonarum, que in ipſis ſunt divinis mancipate ſervitiis, commodo & quieti, nedum in alienis verum etiam in propriis queſtionibus & differentiis ſic ſalubriter promptis favoribus intendamus, quo divino cultui poſſint vacare liberius, & eidem devotius inherere: nam hec gens ſi duntaxat apparentibus premeretur iniuriis tunc relicto contemplationis otio faciliter in iracundiam excandeſcit. Exorta igitur inter nos & colectores decimarum noſtrarum in Krembs, in Stain & aliis locis infra limites earundem decima-

rum

rum conſtitutis ab una, & venerabilem & Religioſos nobis in Chriſto dilectos Heinricum Abbatem & Conventum Monaſterii in Alderſpach ordinis Ciſtercienſis noſtre Dioceſis parte ex altera, materia queſtionis: nam Officiales & Collectores noſtri ipſos ad ſolutionem decimarum & vineis eorum nitebantur compellere, ipſisque ſuper inde diverſa impedimenta, ex quibus ſe offenſos conqueſti fuerant, inferebant: econverſo vero dicti Abbas & Conventus allegabant exemptiones ordinis, & libertates varias, & ſignanter quod Predeceſſores noſtri felicis memorie ipſis huiuſmodi decimam ex ſpeciali gratia remiſerint ſalva dimidia libra denariorum Wienn: quos annuatim collectoribus decimarum noſtrarum ſolvere debuerunt, & quod dictus Abbas & Conventus propter ſiniſtros eventus ad tantam inopiam devenerunt, quod huiuſmodi vineas propriis ſumptibus colere non valebat, ſed aliquas ex ipſis pro certa penſione aliis locaverit, & de eiſdem decimas ſolvere recuſarit; licet ſecundum ius commune ad ſolutionem earundem fuiſſent propenſius obligati: ſed ne inter nos deinceps ſuper premiſſis aliqua diſſenſio vel contrarietas oriatur, de venerabilis Capituli noſtri Conſilio & aſſenſu ad laudem omnipotentis Dei & ſanctiſſime ſue Matris, ſpe remunerationis eterne, attento favore & affectione, quos ad ſupradictum Monaſterium gerimus: ſupradictos Abbatem & Conventum & eorum ſucceſſores ſolutione decimarum huiuſmodi in ſingulis vineis, quas de preſenti poſſident, & quorum nomina inferius ſpecifice deſcribantur pro nobis & ſucceſſoribus noſtris eximimus & exemptos haberi volumus; prohibentes expreſſe omnibus, & ſingulis officialibus, & collectoribus huiuſmodi decimarum, ne ipſos deinceps ſuper premiſſis inquietare debeant, vel quidquam ratione decimarum recipere vel exigere ab eiſdem: tali tamen modo & conditione appoſita ut dictus Abbas & Conventus ſingulis annis in feſto ſancti Galli nobis & ſucceſſoribus noſtris vel collectoribus decimarum hu-

ius-

iuſmodi perſolvere debeant, & aſſignare duas libras denariorum Wienn: quibus ſolutis nec nos nec collectores huiuſmodi decimarum ipſos debeant quomodolibet impedire. Si vero ex donatione Chriſti fidelium, ex emptione aut contractu legitimo aliquas vineas adipiſcerentur, de quibus nobis decime iam ſolvuntur, ad illas preſens privilegium extendi nolumus, ſed de illis decimas ſolvere debent integraliter & in toto. Nomina vero vinearum ſunt hec. In Longotailand tria iugera cum dimidio. Item in Brevitailand ſeptem iugera, item in Vorholz ſechs iugera, item in Lintperg duo iugera, item in Mais duo iug, item in longo agro unum iug. cum dimid. item in Goldn ſetz tria iug, item in agro Carnificis unum iug. item in agro Paumani unum iug, item in Sleidor unum iug, item in agro circa Fritſchal duo iugera, item in Wengerim octo iugera, item in Greitſchan decem iugera, item in Ratſelz unum iug. item in Vinea quod dicitur Spital ſeptem iug. cum dimidio, item in Vohenburg unum iug. cum dimid. & in Tereſt unum iug. Et ut hec noſtra donationis gratia inconvulſa permaneat preſentes damus litteras noſtro & Capituli noſtri ſigillis & munimine roboratas. Datum Patavie XXV. die menſis Febr. anno Domini MCCCC. duodecimo.

Num. LXXXII. Conceſſio mitræ. Anno 1444.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repreſentans dilectis Eccleſie filiis Iohanni Abbati & Conventui Monaſterii beate Marie Virginis in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis Patavienſis Dioceſis ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Expoſcit veſtre devotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum, quod ut aſſeritis inter cetera illarum partium Monaſteria notabile & inſigne, ac in quo copioſus monachorum, qui vitam peragunt

 regu-

regularum, numerus eſſe dignoſcitur, dignis honoribus attolamus. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu Iohannes & ſuceeſſores dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerint Abbates, mitra, annulo, & aliis Pontificalibus inſigniis libere uti, quodque in dicto, nec non in Fürſtenfelden, & in Fürſtenzel, ac in Gotszel dicti ordinis Patavienſis Dioceſis a prefato Monaſterio Alderſpach, ut etiam aſſeritis, dependentibus ac eidem ſubiectis Monaſteriis, nec non Eccleſiis ad vos communiter vel diviſim pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint benedictionem ſolemnem poſt miſſarum ac matutinorum ſolemnia, dumodo Eccleſie parrochiales & in benedictione huiuſmodi aliquis antiſtes, vel ſedis Apoſtolice Legatus preſens non fuerint, elargiri: et inſuper veſtes ac alia ornamenta ſacerdotalia pro uſu duntaxat dicti Monaſterii veſtri in Alderſpach benedicere poſſitis felicis recordationis Alexandri Pape quarti que incipit: Abbates, & aliis quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis ne quidquam obſtantibus; vobis, & eisdem ſucceſſoribus veſtris auctoritate univerſalis Eccleſie de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ſe noverit incurſurum. Datum Baſilee X. Kal. Martii Anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto.

Num. LXXXIII. Permiſſio eſus carnium. Anno 1446.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repreſentans dilectis Eccleſie filiis Iohanni Abbati, & Conventui Monaſterii in Alderſpach ordinis Ciſtercienſis Patavienſis Dioceſis ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Digna exauditione humilium maxime divi-

divinis laudibus ſacreque Religionis obſervantie inſiſtentium, ac potiſſime illis preſidentium perſonarum vota, ſpeciali convenit quantum cum Domino poſſumus favore proſequi, & ipſorum commoditatibus intendere proviſionis gratia congruentis. Cum itaque, ſicut ex parte tui Ioannis Abbatis fuit propoſitum coram nobis, Tu propter tua & Monaſterii in Alderſpach ordinis Ciſtercienſis Patavienſis Dioceſis negotia pertractanda ad varia loca non nunquam te transferre, & tam cum ſecularibus quam Religioſis perſonis maxime per hoſpitia publica tranſeundo practicare, & converſari habeas, & in locis huiuſmodi, ad que te declinare contingit illis diebus, quibus eſus carnium eſt conſuetus, cum eisdenm diebus hoſpites & alii apud quos declinas, piſcibus & aliis ſimilibus cibariis, quibus iuxta prefati ordinis inſtituta regularia uti poſſis, careant, adeo moleſte ab eisdem ſuſcipiaris, ut exinde quidam perturbari & ſcandaliſari videantnr, illudque idem monachis dicti Monaſterii pariter accidere ſoleat, ac veriſimile ſit, quod ſucceſſoribus tuis pro tempore ipſius Monaſterii Abbatibus accidere debeat in futurum. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut confeſſor idoneus, quem tu Abbas, & ſucceſſores, qui erunt pro tempore prefati Monaſterii Abbates duxeritis eligendum poſſit tibi ac eisdem ſucceſſoribus, tuque nec non ſucceſſores prefati Monachis dicti Monaſterii, quos in illius peragendis negotiis duxeritis pro tempore transmittendos; cum illos, teque, nec non ſucceſſores predictos in negotiis prefatis duntaxat ad hoſpitia, & loca, in quibus piſces & alia tibi nec non eisdem ſucceſſoribus & monachis permiſſa cibaria, non habentur in promptu, declinare contigerit, illis diebus tantum, quibus a ſacris Canonibus eſus carnium communiter prohibitus non exiſtit, dumodo tu ac ſucceſſores & Monachi prefati alias iuramento vel voto ſpeciali ad abſtinentiam eſus huiusmodi minime ſitis aſtricti: licentiam veſcendi carnibus auctoritate noſtra concedere, tecumque nec non cum

 eis-

eisdem ſucceſſoribus, tuque nec non iidem ſucceſſores cum monachis prefatis ſuper his, cum tibi nec non ſucceſſoribus & confeſſori prediɛtis hoc expedire videbitur, ſuper quo tuam & illorum conſcientiam oneramus, diſpenſare valeatis, ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & ordinis prediɛtorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ac privilegiis apoſtolicis ceterisque contrariis nequaquam obſtantibus: tibi ac eisdem ſucceſſoribus tenore preſentium auɛtoritate univerſalis Eccleſie indulgemus. Proviſo, quod conceſſione huiuſmodi ita parce & provide utamini, quod id tibi nec non & ſucceſſoribus & monachis prediɛtis ad culpam non valeat imputari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contra ire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & univerſalis Eccleſie ſe noverit incurſurum. Datum Baſilee III. Kalend. Decembris anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto.

Num. LXXXIV. Venditio juris piſcandi. An. 1461.

Ich *Criſtan von Fraunberg* zu Haidenburg Ritter, di Zeit Pfleger zu Obernperg bekenn offenlich mit dem Brieffe für mich mein eheliche Hausfrau, und all unſer Eriben; daſs wir mit gutten Willen, und Wiſſen, auch do wir es wol gethun mochten käuflich zu kauffen geben haben zu einem ſtäten ewigen Kauf unſer freys, ledigs, und aigen Viſchwaſſer zu Heft mit allen Eren, Rechten, und Nuzen, di dan dorzue gehörent, oder dovon bekomen mogen beſucht, und unbeſucht nichts ausgenomen, noch hindan geſezt: und in aller Maas, als wir es dan ſelbs ingehabt, und genoſſen haben dem erwirdigen in Got und geiſtlichen Herrn Herrn Iohannſen Abbte zu Alderſpach ſeinem Convent, und Gottshaus, auch allen iren Nachkomen, dorumb ſy uns dan ein

ein Summ Gelts treulich bezalt, und ausgericht haben zu rechter Weil, und Zeit an all unſer Mühe, und Scheden, doran wir dan ein ganz völligs Benügen gehabt haben; in ſolchen Beſchaiden, daſs ſie das obgenant Viſchwaſſer inne haben ſullen, ſtiften, und entſtiften, nuzen und nieſſen, und domit thun und laſſen, als mit andern ires Gottshaus freien, und aigen Gütern, daſs weder ich obgenanter Chriſtan von Fraunberg mein Hausfrau, und all unſer Eriben, noch anders Iemands von unſern wegen das obgenant Gottshaus, und all ſein Nachkomen, noch Iemand von inen, dorinne ſy irren noch ehgen ſollen, noch enwollen, auch hintz den obgenanten Fiſchwaſſer kainerlay Anſprach, Zuſpruch, Vodrung, noch Gerechtigkait hinfür ewiglich nymermer ſullen, noch enmügen haben, weder wenig, noch vill in kainerlay Weis, es wer mit geiſtlichen, oder weltlichen Rechten, oder an Recht: doch unentgolten unſers Gerichts; ob ſich ichts begab von des obgenanten Viſchwaſſers wegen, das ſol ausgetragen werden zu Haidenburg in der Herrſchaft treulich on Geverde. Wir ſollen, und wollen auch des obgenanten Viſchwaſſers ir, und irs Gottshaus rechter Gwer, und Fürſtandt ſein mit dem Rechten, wo und wie offt yn irem Gottshaus, und allen iren Nahkomen des Not beſchicht, alsdan des zu einem waren Urkunde gib ich obgenanter Criſtan von Fraunberg den obgenanten Herrn, und Gotzhaus, auch allen iren Nachkomen den Brief verſiglten mit meinem aigen anhangenden Inſigl, dorzu zu einer beſſeren Sicherhait, und Zeugnuſs mit meines liben Bruders Herrn *Wilhalm von Fraunberg* zu Haydenburg, auch aigen anhangenden Inſigl mit des Willen, und Gunſt der Kauf geſchechen iſt, under dy Inſigl ich mich obgenanter Criſtan von Fraunberg mein Hausfrau, all unſer Eriben, und Nachkumen treulich verpieten, alles das war, und ſtät zu halten, was der Brief ausweiſt. Der geben iſt an Freytag vor

ſand Lucie Tag der heiligen Funkfrauen nach Chriſti Gepurd vierzechen hundert Iar, und dornach in dem ain und ſochzigiſten Iar.

Num. LXXXV. Jura Patronatus confirmantur. An. 1476.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Digna exauditione vota perſonarum humilium maxime divinis laudibus, ſacreque religionis obſervantie deditarum apoſtolico nos convenit favore proſequi, ac illarum tranquillitati, & quieti ſuccurrere proviſionis gratia congruentis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis Patavienſis Dioceſis petitio continebat, quod licet Abbas dicti Monaſterii, & prefati Conventus a ſingulis Vicariis parochialium Eccleſiarum in Ekkenhaym, & in Münſter, ac in Schonaw dictarum, nec non in Geirſtal Ratispon. Dioceſis eidem Monaſterio ordinaria auctoritate perpetuo unitarum, annexarum, & incorporatarum confirmatione apoſtolica deſuper ſuſecuta quas unionis annexionis, & incorporationis, ac confirmationis earundem vigore a centum annis, & ultra ipſi Abbas & Conventus poſſederint, prout poſſident de preſenti nonnullos annuos redditus ſeu reſponſiones habere debeant; nihilominus ipſi Vicarii illos eidem Abbti, & Conventui ſolvere renuunt: unde inter eosdem Abbatem, & Conventum, ac vicarios diſſenſiones orte fuere, & oriuntur, quodque, ſi vicarie huiusmodi ſupprimerentur, & penitus extinguerentur, ac illarum fructus, redditus, & proventus eidem Monaſterio applicarentur, & appropriarentur, ipſique Abbati, & Conventui concederetur, quod eisdem Eccleſiis perdicti Monaſterii Monachos ſeu Presbyteros ſeculares ad eorum nutum ammovibiles in divinis, & aliis deſerviri, ac curam animarum illarum Parochianorum exerceri facere poſſent, diſſenſionibus huiusmodi obviaretur, ac paci, & tranquilliſati Abbatis & Conventus predicto-

rum

rum non parum conſuleretur. Quare pro parte Abbatis, & Conventus predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unionibus, annexionibus, & incorporationibus predictis pro earum ſubſiſtentia firmiori noſtre confirmationis robur adiicere, ac vicarias predictas ſupprimere, & penitus extinguere, illarumque fructus, redditus, & proventus eidem Monaſterio perpetuo applicare, & appropiare ipſique Abbati, & Conventui, quod per Monachos dicti Monaſterii, ſeu ſeculares Presbyteros idoneos eisdem Eccleſiis deſerviri, ac illarum Parochianorum animarum curam exerceri facere poſſint, perpetuis futuris temporibus concedere, aliasque in promiſſum oportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctarum perſonarum ſub regulari iugo Deo famulantium pacem, & tranquillitatem, eorumque & locorum religioſorum comoda, & utilitatem deſideriis cupimus indefeſſis, & dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod petentes beneficia ecleſiaſtica aliis uniri tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi, quam illius, cui unio petitur fieri, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus comiſſio fieret ad partes, vocatisque quorum intereſt, & eidem in confirmationibus unionum factarum obſervari voluimus fructus, redditus, & proventus Monaſterii, & ſingularum Eccleſiarum, & vicariarum predictarum; preſentibus per expreſſum habentes: huiusmodi ſupplicationibus inclinati unionem, annexionem, & incorporationem predictis auctoritate apoſtolica tenore preſentium, prout rite proceſſerunt, confirmamus, nec non in ſingulis Eccleſiis predictis ſingulas vicarias eadem auctoritate perpetuo ſupprimimus, & penitus extinguimus, & reſervatas portiones de illarum fructibus redditibus, & proventibus perpetuis vicariis inibi inſtituendis, dicto Monaſterio eadem auctoritate applicamus, & appropriamus; ita, quod cedentibus, & decedentibus dictarum Eccleſiarum vicariis, aut alias vicarias predictas quomodolibet dimit.

mittentibus liceat Abbati & Conventui prefatis vicariarum, iuriumque & pertinentiarum omnium earundem corporalem poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere, illarumque fructus redditus, & proventus in ſuos, ac Eccleſiarum, & Monaſterii predictorum uſum, & utilitatem convertere, & perpetuo retinere, ac dictis Eccleſiis per Monachos dicti Monaſterii, vel ſeculares Presbiteros ydoneos ad eorundem Abbatis & Conventus nutum ponendos, & amovendos in divinis, & aliis deſerviri, ac curam animarum exerceri facere; Dioceſani loci, & cuiusvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita: Non obſtantibus voluntate, & ordinatione noſtris predictis, & aliis apoſtolicis conſtitutionibus, nec non Monaſterii, & ordinis predictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis, quibuscunque, aut ſi aliqui, ſive ſuper proviſionibus faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales prefate ſedis Legatorum eius litteras impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem litteras, & proceſſus habitos per easdem & inde ſecuta quecunque ad prefatas ſuppreſſas, & extinctas vicarias volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant perque preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem, quod propter ſuppreſſionem, & extinctionem predictas predicte Eccleſie debitis non fraudentur obſequiis, & animarum, cura in illis nullatenus negligatur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-

quam

quam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre approbationis confirmationis, ſuppreſſionis, extinctionis, applicationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, quinto decimo Kalend. Iunii Pontificatus noſtri anno quinto.

Num. LXXXVI. Jura Parochiæ Alderſpacenſis. Anno 1478.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuum rei memoriam. Circa ſtatum Eccleſiarum, quibus preſertim cura imminet animarum, vigilantes aſſidue, his que pro illarum decore, & perſonarum eis ratione cure ſubiectarum commodo, & oportunitate provide emanaſſe comperimus, ut illibata perſiſtant, libenter cum a nobis petitur apoſtolici muniminis adiicimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii in Alderſpach Ciſtercienſis ordinis Patavienſis Dioceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum venerabili fratri noſtro Udalrico Epiſcopo Patavienſi pro parte eorundem Abbatis, & Conventus fuit expoſitum, quod ipſi quandam Eccleſiam extra ſepta dicti Monaſterii haberent, in qua curam animarum multis annis exercuerant, & tunc exercebant pro familiaribus, & continuis commenſalibus, ac aliis ad illam Eccleſiam pertinentibus eorum, eisque Sacramenta Evchariſtie in eadem adminiſtraverant, preterquam Sacramentum Baptiſmatis, pro quo percipiendo cogebantur infantulos ex hominibus ad curam dicte Eccleſie ſpectantibus procreatos ad alienam Eccleſiam parochialem deſti-

nare prefatus Epiſcopus Abbati, & Conoentui prefatis erigendi Baptiſterium in eadem Eccleſia ibidem baptiſandi pueros ad curam dicte Eccleſie ſpectantes, aliaque faciedi, & gerendi, que ſolita forent in alus parochialibus Eccleſiis auctoritate ordinaria per ſuas litteras eius ſigillo munitas dedit, & conceſſit facultatem prout in illis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Abbatis, & Conventus prefatorum aſſerentium ſe erectionem Baptiſterii huiusmodi poſtmodum feciſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut erectioni, & conceſſioni predictis, ac omnibus, & ſingulis in litteris prefati Epiſcopi contentis, & inde ſecutis quibuscunque pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolice confirmationis adiicere, ac alias in premiſſis oportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati conceſſionem, &erectionem predictas, ac omnia, & ſingula in litteris prefati Epiſcopi contenta eadem concernentia, rata habentes & grata, illa omnia & ſingula auctoritate apoſtolica tenore preſentium confirmamus, & approbamus; ſupplentes omnes, & ſingulos defectus tam iuris, quam facti, ſi qui forſan intervenerint in eisdem : non obſtantibus, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis nec non Monaſterii, & ordinis predictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, approbationis, & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo Nonis Maii. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num.

Num. LXXXVII. Maceratio Lini. An. 1481.

Ich *Jœrg von Fraunberg zu Haidenburg des Heil. Ræmiſ. Reichs Erb-ritter*, bekenn in dem offen Brief umb ſolch Irr, und Speen die ſich ein Zeit zwiſchen des erwirdigen in Got und geiſtlichen Herrn Herrn Georgen Abbte zu Alderſpach, und ſeins Convents ains, und der von Aitenpach an andern gehalten, von wegen des *Horrætz* in irer Viſchwaidt, und Viſchwaſſer genant der Alderſpach durch di von Aitenpach beſchechen, welichs *Horrætzn* der von Aitenpach dem berürten Abbte an ſeiner Viſchwaid Schaden pracht, domit der von Alderſpach ſolch ir *Harrætzn* nit weiter geſtatten wolten, wy ſich di Irr, und Speen begeben hat, angeſehen der berürt Abbt, und Convent von vleiſſig Bet, von wegen mein, und meiner Vettern von *Fraunberg zu Haydenburg* an ſy gethan, nachdem mir, und meinen Vettern yezt berürt der gemelt Marckht Aytenpach mit Aigenſcht zu verſprechen ſteet, der Gewalt ich mich ainnimb, und mein Fürnemmen ym pach baiderſeit zu geben, in Formb, und Maas, wie hernach folget: von erſtenhalbs Pachs von der Wiſen Eckzaun oben von Gansrechen ſchlecht herab bis auf ein Feller ſtauden oberhalb ſteg, als di iezt ſtet, deſſelbs entzwiſchen gegen der Wiſen, di von Aitenpach, und anders Niemant zugeſtatten. Nu fürbas er ir *Harræz* durchgruben, oder wie ſy des am füeglichſten bekommen mögen, halten ſullen für ains. Weitter ſollen ſy iren Har einlegen gegen den Markt, als man bey dem Pad in dy Trengk reyt bis an des Paders geſchloſſen Stadls Egkh bey dem Feller ſchlechts herüber an das Eck der Gſtetten bey dem erſten Jauch des Stegs, und nicht weiter, und ob dem von Alderſpach daſſelbig nit füegen wolt, oder groſſen Schaden brecht, mag ſein Wirdigkait, und Convent Ausgangk des Briefs nach dreyen Iaren widerrueffen. Wan aber der Urſachen nach baiderſeit Ko-

ſtung, Zerung, und Schaden geloffen ſein, ſoll ieder Tail ſein ſelben beſcheen tragen, und dulden, ain Tail gegen den anderen nimermer äfern noch ſuchen, ſondern all Sachen Unwill, und Irr bisher ab, und nidergelegt ſein. Solch obgenannts Vertrag, und Berednuſs gib ich gemelter *Georg von Fraunberg* den benümbten Abbte, und Convent den Brief beſigltn, under meinen aigen anhangenden Inſigl war, und ſtät zu halten, Innhalt des Briefs der zwen ſind gemacht in gleicher Laut, und ain Tail dem andern geben an Freytag nach dem heilligen Auffart Tag nach Chriſti unſers lieben Herrn Gepurdt tauſent vierhundert, und darnach in dem ainem und achtzigiſten Jaren.

MO-

MONUMENTA
BEYHARTINGENSIA.

PRÆFATIO.

Beyhartinga, nobile eſt Canonicor. regularium D. Auguſtini coenobium, in ea Bajoariæ ſuperioris parte, quæ Tetrarchiæ Monacenſi accenſetur, prope Aiblingam, in valle paludoſa quam Glona fluvius irrigat, ſitum.

Cum pridem perierint primæva Beyhartingæ monumenta, ſacræ ipſius origines denſiſſimis involutæ jacent tenebris. Id unum conſtat, deberi illas Juditæ cuidam, nobili foemine,

minæ, ejusque germano Megingozo, ignota hodie ſtirpe prognatis.

Addunt Aventinus, Hundius, Gewoldus aliique, ex notitia fundationis hujusce anno 1444. conſcripta, quam Ulricus Præpoſitus Beihartingenſis Ratisbonæ in Bibliotheca S. Emeramnenſi reperit: „ Juditam fundatricem de *Hartinga* villa nuncupatam, clauſtrum ſanctimonialium ab initio heic loci inſtituiſſe: his vero Altenhohenaugiam translatis, eandem Canonicos de Regula S. Auguſtini in Beyhartingen locaſſe. „ Verum enim vero, quantum hæc pugnent cum Monumentis noſtris jam ante nos vidit docuitque cel. Meichelbeckius. Nimirum, conſtat abunde ex litteris Conradi Comitis Waſſerburgenſis, quas primo operis noſtri volumini inſeruimus, Hohenaugienſem parthenonem demum anno 1235. fuiſſe fundatum: atqui ad manus eſt nobis charta Geroldi Epiſcopi Friſingenſis, qui jam anno 1221.

pau-

paupertates & defectus Eccleſiæ in Beyharting recognoſcens, *Conrado præpoſito* Eccleſiam in Tuntenhauſen donavit. Quin imo ſecularia jam dudum ſacra anno 1235. celebrarant Canonici Beyhartingenſes, ſi recte ſe habent; & quis negarit? quæ monumento Juditæ fundatricis inſcripſit Pantaleon Præpoſitus. En formulam:

Conſecratio hujus cenobii facta eſt tempore Innocentii
Pape ſecundi qui regnare cepit MCXXX. & regnavit an
Nis XIV. & hec per acta eſt a Romano Gurcenſi Epſo.

Monuimus modo pridem periiſſe primigenia Canoniæ hujuſce Monumenta: ſupererant tamen nonnulla ævo Aventini, quæ ſitui ſubtracta ſuperiore ſeculo abſumpſit clades Suecica, dirumque quo Tuntenhuſa conflagravit incendium. Vix ergo reliquias quasdam inſtrumentorum ſervant ſcrinia Beyhar-

tingenſia, quarum colligendarum copiam nobis fecit indulgentia R. Præpoſiti Georgii, fautoris muſarum noſtrarum poſt alium nullum nominandi.

SERIES RR. DD. PRÆPOSITORUM.

EX MONUMENTIS IDONEIS.

Ulricus c. 1200.

Conradus a. 1221. † 1242.

Hartnidus 1244 — 1254.

Conradus II.

Otto 1294.

Gottſcalcus † 1308.

Otto II. de Pienzenau 1308 - 1326.

Fridericus Spielberger 1337. 1343.

Die-

Dietricus a. 1344.
Conradus III.
Petrus.
Johannes I. † 1419.
Ambroſius 1425.
Ulricus II.
Johannes II. † 1486.
Heinricus c. 1490.
Nicolaus † 1500.
Ulricus III. † 1506.
Georgius I. † 1512.
Pantaleon † 1586.
Lucas † 1560.
Petrus II. † 1590.
Wolfgang † 1595.
Conradus IV. reſ. 1616. † 1628.
Bartholomæus reſ. 1624. † 1627.
Johannes III. † 1645.

Chriſtianus † 1686.
Auguſtinus † 1696.
Ignatius † 1717.
Georgius II. † 1740.
Johannes IV. † 1746.
Ildephonſius † 1749.
GEORGIUS III.

MONUMENTA BEYHARTINGENSIA.

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. Donatio Eccleſiæ Tuntenhauſæ. Anno 1221.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Geroldus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus feliciter amen. Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod nos recognoſcentes paupertatem & defectum Eccleſie in Piharting, ad petitionem & inſtantiam dilecti fratris noſtri Tagionis Eccleſie noſtre Canonici, ac Schlierſeenſis Prepoſiti, nec non ob remedium anime noſtre, omniumque parentum noſtrorum, contulimus Eccleſiam in Tuntenhauſen, cum omnibus ſibi attinentibus Eccleſiis, Cenobio in Piharting perpetualiter in ſupplementum prebende perſonarum Deo ibidem famulantium: ita tamen, quod nobis omnibusque ſucceſſoribus noſtris tam in chatedratico, quam in alio iure ex debito Dioceſano perſolvendo a venerabili fratre noſtro Chunrado, qui tunc eandem rexit Eccleſiam, huiusque negotii fidelis exſtitit Procurator, eiusque ſucceſſoribus reſpondeatur. Ut autem hoc factum ſemper ratum maneat, & inconvulſum, preſentem paginam cum ſubſcriptione teſtium, cum impreſſione ſigilli noſtri in Chori fecimus communiri. Sunt autem hi Teſtes: *Rudolphus Decanus*, *Eberhardus Scolaſticus*, *Tagino Schlierſenſis Prepoſitus*, *Ortwinus ſancti Viti Prepoſitus*, *Chunradus Moſpurgenſis Prepoſitus*, *Chunradus Iſnienſis Prepoſitus*, *Eberhardus Archidiaconus*, *Vitus Archidiaconus*, *Wernherus Canonicus*, *Cuno Canonicus*, *Hermanus Canonicus*, *Ulſcalcus Canonicus*, Magiſter *Leopoldus Canonicus*, Magiſter *Hugo Ratisponenſis Canoni-*

nonicus, *Albertus Canonicus ſancti Andree*, *Heinricus Rotenſis Plebanus de Ehmaring*, & alii quam plures. Acta ſunt hec Friſinge anno Incarnationis Dominice MCCXXI. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. II. Bulla Honorii III. P. M. ſuper Tuntenhauſen. Anno 1226.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Conventui Monaſterii de Beyhartingen ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam de Tuntenhauſen, quam venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopus ad ſuſtentationem veſtram Capituli ſui accedente conſenſu pia vobis liberalitate contulit, ſicut eam iuſte, canonice, ac pacifice obtinetis, & in literis ipſius Epiſcopi plenius dicitur contineri, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtre protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. III. Calend. Martii Pontificatus noſtri anno X.

Num.

Num. III. Donatio Molendini. An. 1234.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. *Conradus* Dei gratia *Comes de Wazzerburg* in perpetuum. Quia frequenter ab humana labitur memoria, quod ad promerendam eternam vitam cuiuscunque fidelium pia ordinaverit induſtria, & quia hec preſens previs vita previtati ſemper eſt amica: Idcirco ne factum noſtrum flucſibilitate temporum labi poſſit in futurum, preſenti ſcripto noticie omnium fidelium decrevimus reliquendum; quod nos ob remedium animarum noſtrarum nec non conſortis Thori noſtri Chunigundis contradidimus ad clauſtrum Peyhardingen molendinum in Velden ad ſupplementum prebende fratrum ibidem Deo ſeevientium, poſt obitum noſtrum uxorisque noſtre, ſi ſine heredibus nos decedere contingat. Si vero predicta Chunigundis uxor noſtra nobis decedente ſupravixerit, & virum alterum non duxerit, eedem poſſeſſiones quoadusque vixerit ad uſus ſuos libere cedant, & abſolute. Virum ſiquidem alterum ſi duxerit, traditionem noſtram predicto clauſtro factam in continenti ratam eſſe volumus, & perpetuam. Et ne ipſum factum noſtrum aliquo modo conmutari poſſit vel infringi, preſentem paginam cum ſubſcriptione Teſtium ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Et ad confirmandam huius rei veritatem hii Teſtes adtracti, ſubnotati ſunt. *Hainricus Abbas de Rotte*, *Ulricus Abbas de Atile*, *Hainricus Scriba de Atile*, *Hainricus de Erlingen*, *Otto de Sundermaringen*, *Ortolfus*, & *Gerungus*, & *Hainricus fratres de Laimingen*, *Siboto*, & *Gebharduc fratres de Schonſtet*, *Meingotus Pincerna de Ræut*, *Hermanus de Chatningen*, *Hainricus Scriba Comitis* anno Incarnationis Domini MCCXXXIV. Datum eſt hoc Privilegium aput Wazzerburch ſub die V. X. Kal. Mart.

Num.

Num. IV. Inveſtitura. An. 1244.

Chunradus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus Amen. Que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore poni ſolent in linqua Teſtium, & literarum apicibus eternari. Sciant itaque tam preſentes, quam futuri, quod nos predium *Kulbingen* ſitum quod Dominus *Heinricus de Watterskirchen* nomine Feodi poſſedit a nobis, ab ipſo nobis reſignatum Ecclesie in *Pihartingen* tradidimus irrevocabiliter poſſidendum: & ut hec traditio rata permaneat, & inconvulſa preſentem paginam impreſſione noſtri ſigilli iuſſimus communiri. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLIIII. II. Idus Iulii in Conventu apud Vergen celebrato Teſtibus preſentibus ſubnotatis. *Uto ſummus Prepoſitus*, *Heberhardus Decanus Friſingenſis Chori*, *Heinricus Abbas Rotenſis*, *Ulricus prepoſitus Cellenſis*, *Ulricus Decanus in Schonawe*, *Hartnidus Prepoſitus loci*, *& Conventus in Pihartingen t Heinricus Plebanus in Chmaringen*, *Fridericus plebamus in Chircheim*, *Waltherus plebamus in Perlach*, *Chunradus plebamus in Chlan*, *Hiltprandus plebamus in Brucke Scholaſticus in Pihartíng*, *Chunradus*, *Rudolfus de Waldecke*, & alii quam plures.

Num. V. Transactio. Anno 1246.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod predium quoddam ſitum in *Hegilhof* in concambio pro predio quodam in *Lenchofen* comparatum, a filiis *Grunoldi* cuius idem predium fuerat, eſt inpulſatum; provida autem diſpenſatione factum eſt, ut lis, & Guerra eadem, apnt uxorem *Grunoldi Chunigundam*, & pueros eius *Chunr.*, *& Heinr.*, *& Ulr.*, & filias per ſex ſedaretur ſolidos, & hoc factum eſt conſenſu, & appoſita manu Domini ſui *Ulrici de Moſn*, in die ſancti Ouldalrici ante Altare, videntibus, & audientibus multis Teſtibus, quorum nomina ſub corroboratione huius ſigilli ſcripta ſunt. *Dominus Ulricus de Moſn*, *Dominus Hertwicus*,

Mon. Boic. Vol. V. pag. 460.





wicus, *Hainricus Stollo*, *Albertus de Innigen*, *Hainricus de Gensperch*, *Hainricus de Obernmoſen*, *Chunr. de eadem Villa*, *Ulricus Ruter*, *Hainricus Hugar*, *Chunrad de Wampolshaim*, *Merbot de Arnſtorf*, & alii quam plures. Actum anno milleſimo CCXLVI.

Num. VI. Donatio curiæ in Schœnau. An. 1254.

Sciant tam poſteri, quam preſentes, quod Dominus *Heinricus de Vagen*, curiam in *Schoenawe* ſitam quam ab Epiſcopo *Chunrado* Friſingenſe in Feodo habuerat: receptis a cenobio Pihartingenſe XXXV. libris Monete Monacenſis; eandem curiam reſignavit prememorato Epiſcopo, quam idem Epiſcopus ob inſtantiam precum prefati *Heinrici*, & ob dilectionem eiusdem loci, & pro remedio anime ſue ſancto Iohanni Baptiſte in *Pihartingen* cum omnibus ſibi attinentiis, ſilvis, & pratis iure proprietatis in perpetuo poſſidendam delegavit. Et ne aliquis heredum ſuorum eundem locum in pretaxata curia preſumat inquietare, ſepedictus *Heinricus* curiam ſuam in *Germasgin* ſitam in manus Domini Epiſcopi, & omnium Succeſſorum ſuorum pro ſtabilitate confirmationis pro XL. liberis Monete Monacenſis obligavit, predicto cenobio conſervandam. Verum etiam ne aliquis Epiſcoporum ſucceſſorum noſtrorum eandem donationem per manus venerabilis Epiſcopi *Chunradi* collatam, preſentem ſcedullam ſigillo noſtro roboramus, valeat infringere. Facta ſunt hec anno Domini MCCL. quarto none Novembrium aſtantibus, & videntibus Teſtibus ſubſcriptis. *Wernhardus Capellanus*, *Sifridus Plebanus de Ortenberch*, *Dominus Heinricus de Vaegen*, *Heinricus Vertinger*, *Dominus Heinricus de Hohenberch*, *Bero Muſel*, *Eberhardus de Aichen*, *Heinricus de Erfenbrunne*, *Gebehardus de Ezenhuſen*, *Rudigerus de Werde*, *Otto de Pfaffingen*, *Otto de Tanneberch*, *Sigehartus*, & *Heinricus de Baſingen*, *Wernherus dens Miles*, *Hartnidus Prepoſitus in Pihartingen*, *Heinricus Sacerdos*, *Heinricus Plebanus de Heglingen*, & alii quam plures.

Num. VII. Renuntiatio. Anno 1254.

Ego *Chunradus Miles in Baierbrunne* univerſis preſens ſcriptum intuentibus notitiam ſubſcriptorum. Ad notitiam cunctorum devenire cupio, me & *Ottonem* filium meum unacum uxore mea *Mathilde*, & quatuor filiabus meis videlicet *Agnete*, *Alleide*, *Gerdrude*, *Diemude*, omni iuri, quod in predio quodam in *Schonawe* occaſione memorate uxoris mee filie *Heinrici Militis de Vagen*, habere videbamur, integraliter renunciaſſe, ita, ut venerabilis Prepoſitus *Hartnidus de Piharting*, qui idem predium a iam dicto ſocero meo libere comparavit, ab omni noſtro, noſtrorumque heredum excluſus gravamine ſimul cum Succeſſoribus ſui Monaſterii quieta, ac perpetua poſſeſſione gaudeat, & fruatur, & ne qua in poſterum ſuper premiſſis ſupradictum Monaſterium attemptari valeat calumpnia, preſentem paginam in rei huiusmodi teſtimonium noſtri ſigilli munimine eidem tradidimus, cum ſubſcriptis Teſtibus roboratam. Teſtes vero ſunt. *Chunradus de Mulleheim*, *Perchtoldus de Vagen*, *Wiſikerus de Oslingen*, *Heinricus de Holzchirchen*, *Heinricus de Brunne*, *Chunradus de Hartpeningen*, *Otto Lidinger*, *Ulricus Velesloz*, *Heinricus de Chirchdorf*, *Ulricus de Swintal*, *Chunradus de Winporzingen*, *Otto de Dietprechtschirchen*, *Hartman de Weit*, *Otto de Swibich*, *Ulricus de Swichartingen*, *Liebhardus de Weſterhem*, *Ulricus de Chazzo*, *Hermanus de Hochdorf*, *Chunradus de Buchheim*, *Ulricus Oſterman*, & alii quam plures. Datum anno Domini MCCLIIII. Ind. XII.

Num. VIII. Curia in Schœnau. Anno 1254.

